

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Tilenius

**Joan. Tilenii, IC. Paratitla Institutionum Feudalium : Artificiosa Methodo per
Analysin & Genesin elaborata: Quibus Iuris Feudalis Quaestiones Maxime
Controversae breviter, sed nervose & dilucide explicantur, deciduntur**

Nunc primum luci commissa, Francofurti: Francofurti: Vetterus: Richterus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766346072>

Druck Freier  Zugang



Cartas

- 1) Seckendorff (Ge Siged) offens.
feudales Recens. 1669
- 2) Gadelous (Rt.) Dem. de ure feudo
vnu et paies et Zogusttrea
practitiones feudales Col 1669
- 3) Tilenius (Co) paratelle Institt fued.
Franz 1615

J. F.
27. X

J. g. 3054.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn766346072/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766346072/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn766346072/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766346072/phys_0004)

DFG

IOAN. TILENII, IC.

PARATITLA
INSTITVTIO-
NVM FEVDALIVM,

ARTIFICIOSA METHODO
per Analysin & Genesin elaborata:

QVIBVS

JVRIS FEVDALIS QVÆ-
STIONES MAXIME CONTROVER-
ſæ breuiter, sed neruosè & dilucidè ex-
plicantur, deciduntur.

Nunc primum luci commissa,



FRANCOFVR TI,

Typis Wolfgangi Richteri, Sumptibus

ABRAHAMI VETTERI.

M. D C. XV.



LECTORI SA- LVTEM.

ADIVNXIMVS, beneuole Lector, Analy-
si huic Iuris feudalis, Epitomen Institu-
tionum Imperatoris nostri Iustiniani, vt
vniuersi hac ratione Iuris nostri, & controuersi
enchyridion haberet. Est auté, ea Institutionum
Epitome non ex tritis & vulgatis istis, quales vbi-
que circumferuntur, sed à magno quodam Iuris-
consultu, (cuius nomen subticere placuit,) me-
thodo singulari, & reuolutoria, paucis, imò pau-
cissimis cognita, conscripta, tanquam totius Iu-
ris nostri Analysis & Speculum egregium.

Tu nostris studiis fruere,
& vale.



E P I T O M E

INSTITVTIO- NVM IVSTINIANI.

IRIA sunt iuris præcepta, ad quæ quicquid in iure scriptum est, refertur: publicum ius, publica utilitas, & priuatum cuiusvis ac peculiare commodum. Primum statum Imperij concernit: secundum coniungit honeste vivere, alteram non ledere, & suum cuique tribuere. Porro tertium, quod ad singulorum utilitatem pertinet, tripartitum est, iuxta sententiam Iustiniani: aut enim est collectum ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Et quidem ius communne ad personas, res vel actiones spectat. Vnde & libertatis & servitutis descriptio & differentia. Nam & serui quidam naturaliter, quidam iure gentium, quidam vero iure ciuili dicuntur: imo & qui ex ancilla nascitur, servus nascitur: sicut is qui liber nascitur, igiturus est. Nam ad ingenuitatatem, matris conditio spectatur: que si fuerit libera, aut coceptione, aut nativitate, aut medio tempore, vt ingenuus quis dicatur, sufficit. Quippe putativa seruitus, naturalium splendori non officit: nec defacto secura manumissio, quisquam ingenuitati detrahit. Vnde & libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt: quorum multiplici statu exploso, vniqua omnium erat coditio, quandoquidem ita omnes ciues Romanorum erat coditio, quandoquidem ita omnes ciues Romanorum

) (2 mani

P R A E F A T I O.

mani efficiebatur. Quare ut olim domino seruum impunè occidere licebat, sic hodie in eum non nisi ex legitima causa fœnire conceditur: immo usq; adeò dominorum afferitas coërcetur, vt si intolerabilis sit, seruos iusitio prelio venundari cogantur: reip. enim interest, ne quis res sua abutatur. Hinc patria potestas optimo iure orta est: contractus matrimonij seu nuptiae, ac discriminem affinitatis, ob publicam honestatem discernuntur, etiam si nullum aut cognationis aut affinitatis obstatulum adsit: quæ etiam potestate patria, adoptio constituitur, & adrogatio. Hac Principis auctoritate, eos qui sunt sui iuris, adrogat: illa vero, in alterius potestate existentes, imperio Magistratus adoptat. Hac quoq; constitutione, & mortuo patre mox sui iuris filius efficitur: mortuo vero auro, tum demum nepos sui iuris euadit, si non superfit ei pater, in cuius recidat potestatem: & deportatio patris aut filii, patria potestatis vinculum soluit: restitutio vero Principis, id in pristinū statum reponit. Hinc oriuntur tutela testatorum, agnatou, patronorum & parentum: hinc exempla fiduciaria, hinc tutores Attiliani, & qui ex lege Iulia & Titia dabantur: hinc auctoritas tutorum, hinc finitio tutela, curatores, satisficationes tutorum & curatorum, eorumq; excusationes & suspicio: quam tantum abeat, vt tutela recipiat, vt & stricto iure remoqueat, cuius rei tota cognitio Magistratibus data est.

Res aut, vt diuersæ, sic & rerum iura diuersa sunt. Alia enim naturali iure communia sunt omnium, alia publica, alia vniuersitatis, alia nullius: & pleraq; singulorum, que ex varijs causis cunque acquiruntur. Primi generis sunt, aer, aqua profluens & mare, & per hoc

P R A E F A T I O .

hoc littora maris. Secundi sunt flumina omnia & portus : quo sit, ut ius piscandi in portu omnibus commune sit. Huc accedit & riparum vius, qui iure gentium publicus est, sicut & ipsius fluminis : quare & naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberū est, sicut per ipsum flumen nautigare. Proprietas enim earum, illorum est, quorum predijs hærent : qua de causa arbores quoq; in eisdem natæ, eorundem sunt. Eadem ratione de similibus iurisperitus appositissime differit. Caterum quod res vniuersitatis concernit, esse dicuntur non singulorū, quæ in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, & his similia, si quæ alia sunt communia ciuitatum. Quare & cum distinguuntur, res sacrae & religiosa & sanctæ dicuntur, quæ nullius sunt; quod enim diuini iuris est, id nullius in bonis est. Hinc est, vt sacra res, id est, Deo dicata, alienari nullatenus possint, nisi redimendorū captiuorum gratia. Quæ ergo sunt rerum dominia, singulis hominibus aut iure naturali, aut iure ciuili acquiruntur: atq; horum quæ subiiciuntur dominia, præoccupanti iure gentium conceduntur: & in alieno occupata fera, occupati queritur. Hinc natum est, alienum fundum domino reluctante ingredi nemini licere : & illud vulgatum, Multa cadunt inter calicem supremaq; labra. Deinde apes etiam in aliena arbore existentes, præoccupanties fieri: fauosa & mel inde eximere cuilibet fas esse: etiam apes ex apiario euolantes (si difficultas earum sit persécutio) capienti acquireti. Simile est illud quoq; edictum: In modicare & exigui precij furtum fieri. Hisce per tractatis, optima methodo iurisperitus conscedit ad res corporales & incorporales: illas quidem, ut quæ sui natura

P R A E F A T I O.

tura tangi possunt : velut fundus , homo , vestis ,
aurum , argentum , & aliae res innumerabiles , ad
istas vero , ut quae tangi non possunt ; qualia sunt ea quae
in iure consistunt , ut hereditas , usus fructus , usus & obli-
gationes quoquo modo contractae . Eodem numero sunt
iuris prædiorum urbanorum & rusticorum , quæ etiam
seruitutes vocantur : quarum aliae à rei debentur , a-
lia vero à re persona , unde & seruitus realis nata est .
Quarum Bartolus inquit esse ius prædio inhærens , ipsius
utilitatem respicies , & alterius libertatem diminuens .
Rusticorum vero prædiorum seruitutes eas esse inquit ,
quæ rusticis prædijs , id est , gratia fructuum percipiēdo-
rum , aut colligendorum factis , debentur : ut via , iter ,
actus , & id genus similia . Deinde urbanorum prædio-
rum sunt , quæ urbanis prædijs , id est , edificijs debentur .
Hinc præclara illa regula nascitur , furtum in rebus so-
li nequaquam cadere , quæ in usu & habitatione , usu
capioribus , & longi temporis prescriptionibus , &
donationibus plerunque committitur . Hinc disputatio na-
nascitur , quibus alienare liceat , vel non : & per quas
personas cuique acquiritur : inde ordinatio testamenti
(quod est , iuxta Vlpianum , voluntatis nostræ iusta sen-
tentia , de eo quod quis post mortem suam fieri voluit)
promanat , & testamentū militare dicitur , licet milites
à testatibus solennibus immunes sint : eorum tamen su-
ppremum iudicium , coram testibus saltem duobus , ijsq[ue]
rogatis , manifestari debet , quo probari possit postea eo
ru voluntas . Vbi quoque præclare adnotatur , conditionē
in testamentis retrotrahi ad diem mortis testatoris : itē
verbis aut facto confirmans inualidū , nouā dispositio-
nem concedere videatur . Deinde castrensa , aut quasi ,
mortuo

P R A E F A T I O .

mortuo patre non communicanda fratribus, & multa similia. Oritur quoque inde de exhereditatione liberorum titulus: nimirum, quisquis filium habens in potestate ritè testari vult, oporū p̄cium est, ut eum aut instituat, aut nominatim exheredem faciat.

Sequitur de hæredibus instituendis: vt seruo proprio scripto hæredi, nulla libertatis mentione facta, videtur etiam data libertas: de pupillari substitutione, vt qui liberos impuberes in suis habet sacris constitutos, non solum vulgariter, sed etiam pupillariter, si hæredes fuerint, & intra pubertatem decesserint, eis substituere potest.

De modo infirmandi testamenta: vt si quis facto testamento quempiam sibi seu in filium adrogauerit, vel ex suis discedentibus aliquem adoptarit, protinus quasi sui hæredis agnatione, quod prius fecerat, rumpitur testamentum. De heredum qualitate, differentia, de legatis, eorumq; actione: vt pote personali, in rem, & hypothecaria; unde nascitur præclarum illud & notatu dignissimum: Ignorantiam in dubio præsumi. Idcirco scientiam asserens, onere probadi grauatur. De ademptione legatorū, & translatione: vt quod cipiām testamento relictum fuit, potest eodē alteroū testamento quibuslibet verbis adimi, vel ad alium transferri. De lege Falcidia, ne nimirum suprema testantiū iudicia, non adita hæreditate corruant. De fideicommissariis hæreditatibus, & ad Senatus consultum Trebellianum, & unde fideicommissa ab hæredis fide nomine acceperunt. De singulis rebus per fideicommissum relictis: quoproditum est, eatenus quem fideicommissis grauari

P R A E F A T I O.

grauari posse, quatenus honoratur. Ultimo de codicillis,
quos etiam non testatus quius facere potest: quamuis
ante testamentū facili nulla expressa confirmatione no-
no iure indigent: & quod codicillis nec dari, nec adimi-
directō hereditas potest, nec in instituto herede conditio
adisci, nec directō substitui: fideicommitti autem po-
test. Ex hoc testamentorum fonte fluunt reliqui tituli, de
hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, de legitima
agnatorū successione, de senatus consulo Tertyliano: ut
filiā etiā nuptiū data, in paterna semper residere pote-
state, de gradibus cognationū, de seruili cognatione, de
successione libertorum, de assignatione libertōn, de bo-
norū possessionib. de acquisitione p. adrogationē, de eo cui
libertatis causa bona dicuntur, de cōtractib. de mādatis,
de obligationib. que ex quasi cōtractu nascuntur, & ex
delicto. de vi bonorū raptorū, de lege Aqlia: ut q. alienū
seruū, aut quadrupedē (q. ex eorū nūero est, que gregati-
tim pasci cōsueuerūt) iniuria occiderit. quātū ea res an-
no retrorsū plurimi fuerit, tantū domino p. restare cogi-
tur. De iniurijs, de actionib. simpliciter, & de noxalib.
de ijs per quos agere possimus: de satisfactionib. de exce-
ptionib. de replicationib. de interdictis, de pena temerē
litigantiū, de officio iudicis, de publicis iudicij: ut, cuius
ex populo ius esse, reum publici criminis accusare. Item
hoc speciali iure in hoc crimine statuitur, quan-
doquidē regulariter morte extinguitur delictum, & q.
humiles grauiorib. pēnis plectēdi sint quā honestiores:
& q. affectus occidendi, etiar si effectus non subsequatur
lege Cornelia de siccarīs puniēdus sit. Deinde, quidē
atrocioribus delictis atrocior pēna irroganda, quando-
quidē delicto pēna commensuranda est.

P A R A-



PARATITLA INSTITUTIONVM

IVRIS FEVDALIS.

Liber Primus

DE CONSTITUTIONE FEVDI:

Titulus I.

DE IVRE FEVDORVM.

S V M M A R I A.

- 1 Ius feudale constat non solum scripto, sed etiam iure non scripto: in iure scripto non tantum prudenter Responsa, verum etiam Imperatorum constitutions continentur.
- 2 Iure vero non scripto consuetudines, quae memoria causa in scripturam redactae sunt, comprehendantur.

A N A L T S I S.

VM omne jus quo, utimur constet aut scripto, aut sine scripto; ius itaque feudorum, quo hodie etiam utimur, constat, partim

A

iure

2

iure scripto, partim etiam non scripto. Partim autem iure scripto, eoq; vel omni, vel aliqua eius parte. Ex omni tam iure ciuili, quam iure Canonico feuda deducuntur, siquidem in illis de singulis iuris scripti partibus aliquæ reliquiæ supersunt, huc enim prudentum respōsa pertinent, cuiusmodi hodie sunt in Imperio Romano sententiæ ab Assessoribus Cameræ Imperialis latæ, quæ vulgò communes Dd. opinione vocantur. Ex aliqua verò iuris scripti parte feuda deducuntur, nimisrum ex constitutionibus Imperatorum, & inter eos Lotharii primi & secundi, Conradi & Henrici secundi, quinti, sexti & septimi. Item Friderici I. & II. Quin etiam ex Romanorum Pontificum decretis, cuiusmodi sunt de iudiciis, de constitutionibus, de sententiis excommunicationis, & tandem de foro competente, de quibus Sonsb. p. 1. n. 26. defend.

Ex iure deniq; non scripto iura feudalia ex cōsuetudinib⁹ primitus originē habent, inde remansit promiscua consuetudinum feudaliū appellatio, quæ accommodata est libris, in quos iura de feudis sunt relata, non habita ratione constitutionum quarundam Imperialium. Quæ constitutiones Imperatorum eo sensu nempe origine rei, de qua sunt latæ, inspecta, non incep̄t consuetudines dicantur. Et licet si formam cōstitutionum spectes consuetudines non sunt: cætera tamen quæ præter hasce constitutiones in libris feudorum

con-

continentur, propriè sunt & dicuntur con-
suetudines Vult. lib. i. c. i. de feud.

GENESIS.

SUMMARIAS.

- 1 Definitio nominis.
- 2 Definitio Rei.
- 3 Distributio.
- 4 Causa Efficiens.
- 5 Causa materialis.
- 6 Causa formalis.
- 7 Causa finalis.
- 8 Effectus.

Definitio Nominis.

OPERAM Feudis daturum, prius nosse oportet, unde nomen feudi descendat. Feudum enim quidam à foedere deducunt, quia inito foedere ad mutuam Fidelitatem præstandam dominus & vasillus se obligant. not. Ferrar. Montan. de feud. lib. i. c. i. circa finem. Alii aliunde etiam feudi Etymon desumunt præsertim quoad personam infeudatam quem vasallum vocamus: vt Conanus & Hotomannus a verbo vacellero seu vaslero, quod ministrum denotat, qui omnes & singuli deriuationis probables rationes adferunt. Nos vero his, aliisque similibus Etymologiis omisis, arbitramur, Feudum omnium optimè à fide deriuari: vt feudum dicatur quasi fidum: quia in fide seu fidelitate, forma & es-

sentia feudi consistit. Obert. de Orto. lib. 2. feud.
tit. 3. per quos fiat inuestitura, in fin.

Definitio Rei.

DE F I N I T I O Realis feudi similiter à variis varia constituitur, & quidem Obert. de Orto duas *definitiones* tradit: quarum una est beneficij tāquam generis, altera feudi tanquam speciei, de qua vide Obert. lib. 2. *feud. tit. 3. in quibus causis feud. circ. finem.* Hanc Oberti definitionem communiter interpretes sequuntur, vt testatur Iun. de *feudis part. I. quest. 6.* & *Curt. lib. 4. recept. sentent. §. feud. quest. 4.* At illa definitio non vno vitio, sed variis laborat, quia beneficium, vt Seneca ait, est beneuola actio, quam allegat, & sequitur Obert. 2. *feud. tit. 2. 3.* sed feudum non est actio, quia actus, quo feudum constituitur, præcedit, & hunc constitutio feudi seu ipsum feudum constitutum sequitur, not. D. Vult. *de feud. lib. I.c. 2.* & *§.* Quare feudum nō est beneficium, quia à quo remouetur genus, ab eodem etiam speciem remoueri neceſſe est, & sicut causa & effectus inter se differunt, ita quoque actionem illam beneuolam, siue beneficium, & feudum inter se differre nemini latet. Hisce itaque aliis similibus definitionibus repudiatis. **Feudum estius** sub mūrua fidei lege, certoque modore immobili vt̄edi & fruendi constitutum. **Obrecht. disp. 8.c. 2.n. 13.**

DISTRI-

DISTRIBVTIO.

FEUDVM in duo genera deducitur. Nam aliud est proprium, vel impro prium Proprium est, quod propriam habet feudi natu ram. *Feud. 2. tit. 7.*

Et hoc primò vel est Ecclesiasticū vel seculare. Ecclesiasticum dicitur, quod ab Ecclesiasticā personā tāquam ab Ecclesia datur. *Feud. I. tit. I.*

Seculare, quod à domino seculari: hoc rur sum est, regale seu nobile, aut non regale seu ignobile. Regale dicitur, quod imēdiate à re ge superiorem non recognoscēte confertur, vt sunt Ducatus, Marchionatus, &c. Non re gale quod ab inferioribus dependet, cuius concessio sola non nobilitat, atq; ideo etiam ignobile vocari potest.

Secundò, aliud est Masculinum à maribus ortum habens, aliud femineum, siue mater nū, de quo mulier primū inuestita est. *Feud. 2. tit. 30. Feud. I. tit. 8. §. 2. tit. 24.*

Tertiò, aliud est ligium, aliud non ligium. Ligium est, quando vasallus contra omnes fi delitatem promittit. Non ligium, quando nō contra omnes fidelitatē promittit, sed aliquo excepto, vel anteposito.

Quarto, feudum aliud est antiquum, vetus siue paternum, aliud nouum; Feudum anti quum est, quod à patre vel alio ascende nte, usque ad quartum gradum est acquisitū, quod à communi agnatorum parente descendit.

feud. 2. tit. 99. Feud. 1. tit. 4. §. 2. tit. 8. §. & 2. 12. 140.
 §. 2. Et tit. 15. Feud. 2. tit. 3. 12. 14. 15. 26. in princ. 30.
 32. 39. 45. 46. 49. 50. 25. §. 2. 77. 83. 81. & 93. feud.
 2. tit. 3. tit. 11. 12. 14. 15. 17. 26. in princ. 32. 90. & 91.
 feud. 1. tit. 8. §. 1. feud. 2. tit. 11. feud. 2. ti. 50. Nouū di-
citur quando feudum primō quæritur, quando
nimirum quis de nouo inuestitur, quod
frater à domino accepit, quod frater acquisi-
uit, quod initium habuit à fratribus. Atque
hæc regulariter & sui natura sunt propria feu-
da, nisi aliud sit actum, Feud. 2. tit. 32. feud. 2. tit.
45. 49. feud. 1. titul. 1. §. 2. feud. 1. titul. 20. feud. 1. 8.
§. fin.

Improprium feudum est, quod non habet
 propriam feudi naturam, ut puta feudum em-
 ptitium, feudum de Camera, vel Cauena sive
 saldatæ, item feuda habitationum, imo feu-
 dum guardiæ, & gastaldiæ, feudum denique
 francum, & feudum conditionatum; hæce
 enim feuda sui naturâ impropria appellantur,
 feud. 2. tit. feud. 2. tit. 10. in fin feud. 2. tit. 105.

I. Causa efficiens remota.

De origine feudorum varie sunt variorum
 opinione quæ tamen ad quatuor ordi-
 nes breuiter referri possunt, nam alii feuda à
Romanis, alii à Gallis, alii à Carolo Magno,
 Et alii deniq; à Longobardis profecta esse ar-
 bitrantur.

I. Primi ordinis interpretes fuerunt, Budeus,
 & alii qui feuda ad clientelas Romanorum
 referunt,

referunt, vt vasallus clientis, dominus patrōni loco sit, Vult. *de feud.lib.1.c.1.n.14.*

In secundo ordine fuit *Conanus* qui feudorum morem à Gallis ad Germanos, Hispanos, Italos, & alios Europæ populos venisse putat, *lib.3 comment.Iulij Caesaris.*

In tertio verò ordine est *Ferrari. Montani*, quifeudi originem ad Caroli Magni tempora refert *lib.1 feud.c.1.*

In quarto & postremo ordine fuerūt communiter interpretes, qui existimant à Longobardis feuda profluxisse, teste *Claro in cōmun-sentent.in ſeudi 9.q.1. W esenbec.de feud.c.3.n.2.*
Et Rosenth. *de feud.lib.1.c.1.conclus.8.n.11.*

Imò constat ius feudale ab eo profectum esse, qui iuris constituendi potestatem habet, utpote cum iuris constitutio non priuati, sed publici sit iuris, iam autem libri feudorum à priuatist tantum personis, ut à Gerardo Nigro, Oberto de orto, & aliis conscripti & compilati traduntur, teste *Frisingense lib.2.de rebus gestis.Frideric.qui lib.2.Feud.tit.25.2.lib.*

Causa effic. propinqua.

PROPINQUA feudi causa efficiens sunt Personæ quæ aliis feudum dare possunt; quia in constituendo feudo principem locum obtinent. Hæ enim nisi essent, nunquam feudum constitui posset. Propinqua autem feudi causa in Personis consistit, quibus &c à quibus

A 4 feudum

feendum dari & accipi potest. De Personis autem prius & quidem, de his quæ feudum dare possunt, agemus. Feudum itaq; dare possunt tam Clerici, quam Laici. Clerici ut Pontifex, Patriarchæ, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissæ Præpositus, & denique quicunque Ecclesiasticarum liberam habent administrationem: Feud. 2. tit. 35. Laici ut Imperator, Rex, Capitanei Regis, Dux, Comes, Marchio, Valuasores maiores, & minores Valuasini, quoniam immo omnes qui suorum bonorum liberam habent administrationem Feud. 2. tit. 3. in fin. princ. Item feud. 2. tit. 15. & tit. 46.

Causa materialis.

MATERIA feudi sunt res immobiles, res inquam soli, quæq; solo cohærent, aut immobilibus annumerantur, siue propriæ sint, verè ut allodium, vel quasi ut feudales, siue alienæ, siue communes, siue seculares, vel Ecclesiasticæ feud. 2. tit. 1. in fin. feud. 2. tit. 3. feud. 2. tit. 34. in fin. feud. 2. tit. 34. feud. 2. tit. 8. §. 1. feud. 2. tit. 58. §. 1. feud. 2. tit. 35. in fin.

Res verò mobiles in feendum dari non possunt, ut in eis sacre religiosæ & sanctæ, & omnes deniq; quarum alienatio prohibita, siue iudicio testatoris, siue lege ut fundi dotalis, bonorum aduentiorum & similium

feud. 2. tit. 1. feud. 2.

tit. 3. §. 1.

Causa

Causa formalis.

FORMA feudi in fide seu fidelitate consistit, & in illa quidem fide, quæ à vasallo propter rei immobilis vsumfructum domino præstanda est. 2. *feud.tit.23.* §. *vlt.*

In forma igitur feudi duo requiruntur: primum est fides, seu fidelitas, à fide enim feudum denominatur, & inde suam essentiam habet lib. 2. *feud.tit.3.* *per quos fiat inuest.* *per quos recip.* §. *vltimi.* Vnde recte Welenbec de feudis ait, in fidelitate consistere formam specificam, qua feudum ab aliis contractibus discernitur, qua ratione ab hac feudi forma Vasalli dicuntur fideles, quod nos vocamus *Gestrew;* qua de causa, feudo alicui qualicunque modo concessio intelligitur, sub hac conditione datur, ut Vasallus domino fidelis sit, *Dass der Lehnman dem Lehnherren gerrew vnd holdt seyn:* Curt. Iun. de feud. p. 5. n. vers. ista ergo. Vult. de feud. c. 6. n. 8. §. *quatenus autem in fin.* Et hæc de primo requisito.

Alterum quod in feudi forma requiritur est, ut Vasallus hanc fidem propter rei immobilis vsumfructum præstet. Non enim sola fides formam feudi constituere potest: quia fides non in solo feudo, quod necessarium esset, sed adhuc multis in contractibus præstanda est. Et quia illa fides, quæ propter rei immobilis vsumfructum præstatur, feudum ab aliis contractibus discernit. In nullo enim fides

A s hog

hoc modo interuenit, & præstari solet a. 2. feud.
tit. 22. in quibus causa feudi amitt. Oldrad. cons. 159.
vers. nec hoc etiam argum.

Hinc est quod D. Vult. dixit, fidem solam
non esse feudi formam, sed ita quatenus hæc
fides innexa est usi fructui in re imobili con-
stituto. Ex quo fidelitas hæc in genere definiri
potest promissio fidei, à vasallo, domino ra-
tione feudi præstata, & hæc est iurata vel non
iurata, iurata est quæ à vasallo ob feudum sibi
concessum domino præstatur. Nō iuratæ verò
fidelitatis formæ in iis cōsistit, in quib. & fides:
quia vñ & idem sunt. 3. lib. 1. de feud. c. 6. n. 9. 2.
feud. tit. 5. lib. 2. feud. tit. 3. per quos fiat inuestit. §. vlt.

Causa finalis.

FINIS principalis in persona domini est, vt
is vasallum fidelem, eumque, sibi ad con-
tentia iuris iurandi, vel pacta conuenta, serui-
tiaque in definitè secundum feudorum natu-
ram præstanta vel certa, si ita conuenit, obli-
gatum habeat. In persona verò vasalli finis est,
vt illa beneficio fruatur, gaudeat, ac dominū,
ne istū vasallū suū offendat, sed ei vices pares
reddat, sibi obstringat Schrad. p. 6. cap. 5. per tot.
Vult. cap. 10. n. 21. lib. 1. Wesenbec. de feud. c. 9. n. 1.

Sicq; cū vtile dominiū in vasallū trāseat, cō-
sequens est, vt oīs rei cōmoditas, fructus, & p-
uētus ad eū quoq; pertineat; siquidē vtile do-
miniū directo, quo ad fructus & emolumēta,
prefertur. Intrigoli. in cēt. feud. 1. q. 9. n. 20. & seq.
Et in concess. seq. citandi in c. 1. in prin. n. 18. de in-
vestit. dere alien. fact. Ros. c. 7. conclus. 2. n. 3.

Ex eo autem quod feudi utilis dominii oes
utilitates in vasallum transire dixi, cōsequitur,
quod feudum sit in bonis vasalli, & quod va-
sallus nō aūt dñs functiones publicas, tributa,
collectas, decimas, & similia onera præstare &
subire tenetur. Ros. d.c. 7. concl. 3. n. 12.

Effectus.

CONSTAT hodie Feudi nomine, actiones
competere, tam vasallo quam domino,
vasallo quae competit feudo nondum con-
stituto, variae sunt, pro ratione conuentio-
nis qua feudi constitutio promissa est. Feudo con-
stituto ex contractu iurestatuæ egere pot cō-
ditione ex lege, vel rē vindicare, a quo cunq;
possessore: cū cōditionenon vtatur, nisi cōtra
dominū & eos hæredes Niell. disp. 9. Thes. 1.

Titulus II.

*DE MODIS, QVIBVS
ad constitutionem Feudi perueniatur, &
primum de appropriatione.*

SUMMARIA.

I Appropriatio fit ab eo qui plenum vel non plenum
habet dominium.

ANALYSIS.

ATQVE hæc de iure feudorum, sequi-
tur iam de modis constituendi feu-
dum, quorum quidē duo sunt ut Ap-
propriatio, & iurestatuæ petitio. Hi enim
modi constitutionem feudi præcedunt, per
eos

eos tamen ad constitutionem feudi, quæ sit per inuestituram, peruenit. Etsi enim interdū fieri possit, vt hi modi cum inuestitura cōcurrant: nihilominus tamen ab ipsa inuestitura differunt, quia actum de inuestiendo, nō ipsam inuestituram continent, & inter se ut distincti actus discerni possunt, sicut ex sequētibus constat.

Appropriatio est primus modus constituendi feudi: quo vocabulo idcirco utimur, vt eo melius res ipsa exprimi possit: & hæc vel fit ab eo qui plenum habet rei dominium, vel qui non habet, sicut enim dominus rem suam propriā ab alio pro feudali recognoscere potest, ita quoque domino feudi licere videtur ut rem feudalem, cuius proprietas ad ipsum spectat, petente vasallo allodiale facere, eamq; pleno iure in vasallum transferre possit. Obrecht. diff. 6.

GENESIS.

S U M M A R I A.

- 1 Definitio.
- 2 Causa efficiens.
- 3 Materia.
- 4 Forma.
- 5 Finis.
- 6 Effectus.

Definitio

Definitio appropriationis.

Appropriatio nihil aliud est, quam rei propriæ pro feudalī recognitio ita facta, ut à Domino rei proprietas in alium transferatur & eius ususfructus feudū titulo retineatur. Obrecht. *d. disp. 6. c. 4.*

Causa.

Causa efficiens appropriationis est, rei propriæ primus dominus: *Hic enim rem suam ita in alium transfert, ut eam pro feudalī ab eodem recognoscatur, & ita verus dominus, ex domino fit vasallus.* Et alterum pro rei feudalī domino agnoscit, cuius tamen res propria nunquam fuit. Obrecht. *disp. 4. c. 5.*

Materia.

MATERIA appropriationis est res propria, quæ pro feudalī recognoscitur. Ecce hæc res diuerso respectu iam propria, iam aliena dici potest: propria dicitur, tam respectu primi quam secundi domini. Respectu primi, quia antequam hic eam feudalem faciat, eius est, & appellatur propria. Respectu vero secundi domini, quia dum à primo domino scienter hæc res feudalī effecta, & in secundum dominum alienata est, eo ipso iam sit, & dicitur eius propria. Obrecht. *eod. loc.*

Forma.

Forma.

FORMA appropriationis in eo consistit,
vt primus dominus sciat rem propriam
esse: & vt eam in alterum verbis apertis alienet. Hicque eam pro suâ accipiat. Bursat. *conf.*
46.num.17.

I Et ita tria requiruntur, primum est, vt primus dominus sciat rem, quam pro feudalib[us] ab alio vult cognoscere, suam propriam, & non alterius esse, quia si hoc nescit, nihil aetum videtur, ignorantis enim nullus consensus.

Bursat. *d.conf.46.n.17.*

2 Alterum est vt primus dominus rem suam apertis verbis in alterum transferat, seu alienet, quia si hoc non facit, res propria feudalibus fieri nequit. Bursat. *d.conf.46.n.17.*

3 Tertium est vt secundus dominus rem pro sua accipiat, quia non videri posset, à primo domino res propria in secundi domini utilitatem feudalibus effecta esse: nisi ab hac ita esset accepta. Siquidem non videtur datum, quod non est acceptum. Ob. *d.diff.6.*

Finis.

FINIS appropriationis est, vt primus rei dominus à secundo domino, tam sui & suorum, quam rerum suarum defensionem atque tutelam consequatur. Hac enim de causa olim multi nobiles ante constitutions Imperii de pace publica, de religione, de possessione

sione litigiosa, res suas proprias à principibus & comitibus pro feudalibus recognouerunt, & vt nos loquimur, haben jhr Eigenthumb von wegen Schutz vnd Schirm Fürsten vnd Herren zu Ehen auffgetragen. Geil. lib. 2. obs. 5. capit.

168. num. 1.

Effectus.

EFFECTVS appropriationis alius est à parte primi, alius à parte secundi domini, à parte primi domini est rei feudalnis vsumfructus. Sicut enim appropriationem rei suæ plenum habuit dominium: ita appropriatione facta, eiusdem solum habet vsumfructum quendam. Ob. d. disp. 6.

At respectu secundi domini appropriationis effectus est, rei feudalnis proprietas. Facta enim recognitione rei propriæ pro feudali, huius proprietatem ipse sibi acquisivit: adeo vt ob hanc iam alterius dominus esse dicatur: omniaque & habeat, quæ domino feudi erga vasallum suum iure compere solent, Ob. d. disp. 6. c. 4.

Titulus III.

**DE INVESTITVRÆ
PETITIONE.**

SUMMARIA.

- 1 Inuestitura petatio à tempore scientia inßtitui solet.
- 2 Tempus

- 2 Tempus petendæ inuestitura ab initio est utile, à tempore vero scientiæ continuum.

ANALYSIS.

HACTENVS de primo constituendi feudi modo videlicet de appropria-
tione, sequitur iam recto coueniens-
tiq; ordine secundus modus constituēdi feu-
di, qui est de inuestitura petitione, & nisi hæc
interueniat, non potest vasallus ad utilitatem
feudi peruenire.

- 1 Cū inuestitura petitio in signum reuerē-
tiæ & gratitudinis à Vasallo fiat: merito sanè
domino vel vasallo mutato, noua semper pe-
titio inuestitura fieri debet. Competit autem
hoc tempus petendæ inuestitura non prius,
quam à die scientiæ computetur: ab illo nimi-
rum die, quo vasallus scit, ius feudi iam sibi
competere. Text. & gloss. lib. 1. feud. tit. 22. quo
tempore mil. in V. infantia. gloss. lib. 2. feud. tit. 55. de
prohibit. feud. alien. Schrad. p. 6. c. 2. n. 15. de feud.

- 2 Sic etiam competit hoc ius non solum ex
tempore mortis vel domini, vel vasalli, sed
etiam à die alienati vel refutati feudi, vnde
hoc tempus petendæ inuestitura à principio
est utile, à tempore vero scientiæ continuum,
quia à principio non prius currit, quam vasal-
lo de iure sibi competente, cōstitut d. lib. 1. feud.
tit. 22. quo tempore mil. in prin. lib. 2. feud. tit. 3. per quæ
fiat inuestitura. S. sed etiam res. Et Welen. c. 8. n. 3. de
feud. Sonsb. p. II. tit. 11. de feud.

GENE-

GENESIS.

SUMMARIA.

- 1 Definitio.
- 2 Distributio.
- 3 Causa.
- 4 Materia.
- 5 Forma.
- 6 Finis.
- 7 Effectus.

Definitio petitionis inuestiturae.

PETITIO inuestituræ nihil aliud est, quam
submissa & deuota vasalli, à domino vo-
cati oratio, qua feudi inuestituram in reueren-
tia & gratitudinis signum à domino postulat.
Ob. disp. 7. n. 7.

Distributio.

PETITIO inuestituræ duplex est, alia noui-
alia, qua antiqui feudi inuestitura postula-
tur. Petitio inuestituræ in feudo novo propriè
est modus Feudi constituendi : quia in hoc
feudo per petitionem ad eius constitutionem
peruenitur. At non idem est, in antiquo Feu-
do: quia in hoc per petitionem inuestituræ nō
ad feudi cōstitutionem, sed ad constituti Feu-
di renouationem peruenitur. Obrecht. dist.
disp. 7. c. d. cap.

A

Causa

Causa.

CA V S A efficiens utriusque petitionis est vasallus vel alius, qui eius mandato eam instituit, hoc enim petitio vel suo, vel alieno nomine fieri solet; suo autem nomine recte inuestituram petit qui & suo nomine feudum recte accipit, quia dum alicuius teum conceditur, eo ipso illi permititur, ut eius inuestituram petere queat: Alio verò nomine inuestituram quoque petere possunt omnes, qui & alieno nomine possunt accipere, quia alias acceptio feudi fieri non posset, siquidem per inuestituræ petitionem ad acceptiōnem feudi peruenitur. Ob. d. dist. 7.

Materia.

MATERIA inuestituræ est Feudum, quia circa hoc inuestituræ petitio versatur. Hoc enim vasallus per inuestituræ petitionem consequi studet. Nec n. distinguimus, quale sit feudum, an Ecclesiasticum, vel seculare, numerum vel antiquum, quia cū regulariter omne feudum inuestiturā constituantur ac renouetur; vnde recte cuiuslibet feudi inuestitura petenda est, vt pote cum per inuestituræ petitionem ad ipsum feudū perueniri soleat. Ex quo etiam illud feudū, quod præscriptione aliqua sicut constitutum, petitionem inuestituræ exigere dicimus, quia tale feudum proprii feudi naturam sapit, imo non tantum feudum, sed etiam spes feudi est petenda, eo nimis cau- tu quo

Si quo plures simultaneè sunt inuestiti, hanc enim simultaneam inuestitaram eodem tempore vasalli petere coguntur. lib. i. feud. 25. quibus modis feud. constitui potest. Schrad. p. 8. t. 1. n. 3. Welenb. c. 8. de feud.

Forma.

Forma petitionis inuestituræ non eadē est in nouo, quæ in antiquo feudo: nouū feudum in eo consistit, vt vocatione præcedente vasallus compareat, & inuestiturā feudi humiliter, deuotè ac claris verbis postulet; Et ita in forma quinq; requisita considerantur.

Quorum primum est, vt vasallus à domino vocetur, et si enim nullum certū tempus iure feudorum definitum sit, intra quod noui feugi inuestitura sit petenda: Tamen cum hoc iure constitutum sit, vt vasallus, cui dominus feudum promisit, ad eius requisitionem venire, & fidelitatis iuramentum præstare debeat, ex eo non malè inferre videtur, nisi cogi vasallum in nouo feudo prius inuestitaram petere, antequam à domino vocetur. lib. 2. feud. titul. 24. qua fuit prima causa benef. amitt. §. 1. nos. Welenb. feud. c. 8. n. 2. Et Vult. libro tertio, capit. 7. n. 2. de feud. Et sicut in antiquo feudo ad præstandam fidelitatem vasallus tribus vicibus, vel septem dierum spatio pro arbitrio Curie dñi interposito, est vocandus, ita quoque totidem vicibus in nouo feudo citandus videtur.

lib. 2. feud. tit. 2. 4. qua prima caus. benef. amitt. S. I. & tit. 22. de milit. vasalli qui contum. vbi Dd. etiam communiters.

Si vero vasallus ter à domino admonitus non comparet, vel comparere quidem, sed fidelitatem præstare excusat, non tenetur dominus vasallum inuestire, verum eum potius exceptione contumaciæ, & ingratitudinis repellere potest. *lib. 2. feud. tit. 2. 4. qua fuit prima causa benef. amitt. S. est & alia, vbi notat. gloss.*

2 Alterum quod requiritur est, vt vasallus à domino vocatus compareat, quia si nō comparet nō solum inuestituræ petitionem instituere nequit: sed etiam eo ipso se erga nouum dominum ingratum exhibet, & propterea non malè feudo promissio iterum priuatur, quia ille non immeritò beneficium remittit, qui ad beneficii datorem venire recusat, hoc enim ipso datorem beneficii contemnere intelligitur. *lib. 2. feud. tit. 2. 4. qua fuit prima causa §. I.*

3 Tertium est, vt vasallus hanc petitionem inuestituræ similiter & deuotè instituat, quia hoc debita gratitudo omnino exigit. *lib. 2. feud. tit. 2. 3. in quib. caus. feud. amitt. post princ.*

Hoc autem certo modo definiri non potest: sed potius ex naturalibus & bonis curiarum cōsuetudinibus est desumendum. *d. lib. 2. Feud. tit. 2. 3. in quib. caus. feud. amitt. pot.*

Non tamen opus est, vt vasallus in genua se prosternat, vel in terram decumbat: nisi forte domini

domini Feudi sit Imperator, vel Rex. Schrad.
p. 6. c. I. n. 19.

Quartum est, vt vasallus inuestituram à domino postulet. Non enim nuda vasalli voluntas sufficit, sed necesse est, vt re ipsa petitionem instituat: quia hoc reuerentia, quam domino debet, omnino flagitat, Clar. *in comm. opin. §. feudum. q. 49.*

Quintum est, vt inuestituram à domino claris & apertis verbis postulet. Non enim sufficit, si dicat, donasti mihi feudum Cornelianum, quare adsum, vt illud à te accipiam. Obr. *disp. 7. 6. 7.*

Forma petitionis inuestituræ *In Antiquo Feudo* est, vt vasallus intra annum & diem vltro, congruo loco, & tempore, coram domino compareat, & ab eo inuestituram humiliter, instanter, ac claris verbis, cum oblatione fidelitatis, postulet. Et ita in forma petendæ inuestituræ *In antiquo Feudo* septem requiruntur: Quorum primum est, vt vasallus vltro ad dominum petendæ inuestituræ causa veniat, non enim vtrin nouo feudo admonitione opus est: sed vltro aduenire debet. *libr. 2. feud. tit. 40. de Capitul. Corrad. vbi not.*

Alterum, quod requiritur est, vt petitio inuestituræ fiat congruo loco, & tempore. congruus locus nobis videtur, si hæc petitio ibi instituitur, vbi dominus in suo territorio habitare solet: sicut quotidie hanc petitionem in curiis dominorū fieri videmus. Not. Andr.

de Issern, & Matth. de Affl. Et. lib. 1. feud. tit. 22.
quo temp. mil. inuest. pet. deb. in princ. Et Præposit.
ibid. n. 10. & 11.

3 Tertium, quod exigitur, est, ut vasallus intra annum & diem petitionem inuestituræ instituat; quia hoc tempus iure feudorum petitioni inuestituræ præscriptum est, & propterea à vasallo præcisè obseruari debet: qui ad formam & solennitatem petitionis inuestituræ pertinet, lib. 2. feud. tit. 24. quæ fuit prim. caus. be- nef. amitt. in princ.

4 Quartum, quod petitione inuestituræ antiqui feudi exigimus, est, ut vasallus hanc petitionem reuerat & instanter instituat. Non enim velle sufficit: nisi hæc voluntas ipso facto declaretur: quia alias de ipsa petitione, domino verè constare non posset. Hic etiam nō satis est, ut semel atq; iterum vasallus intra annum inuestituræ renouationē petat, sed hanç petitionem persequi, & apud dominum instare debet, ut inuestiatur. Ob. d. diff. 7. c. 7.

5 Quintum requisitū est, ut vasallus humiliter à domino inuestiturā petat, quia hoc debita reverentia, & gratitudo exigit. lib. 2. feud. tit. 23. in quib. caus. feud. amitt. post princ.

6 Sextum requisitū est, quod exigitur, ut hanc petitionem claris verbis instituat. Non enim sufficit, si dicat, pater meus est mortuus, & ego sum eius hæres, quare peto me eodem loco haberi, quo pater à te fuit habitus: ex his enim verbis nihil de reverentia, nihil de feudo, nihil

nihil quoq; de inuestitura & fidelitate colligi potest, vt merito vasallus ob tam ineptam petitionē excusari nequeat, sed alia formula, inquam vsū recepta & consuetudine trita, vasallus vtatur, necesse est, iuxta not. *Iffern. lib. I. feud. tit. 22.* quo tempore mil. n. 10. Et ibid. *Afflict. num. 36. vers. iux. hanc gloss. Rosenth. de feud. volum. I. c. 6. q. 65. n. 1.*

Septimum & vltimū, quod requirimus, est, 7
vt vasallus cum petitione inuestituræ, simul fidelitatem offerat, quia expresso feudorum iure vtrumq; simul requiritur, nimirum inuestitutram petendo, & fidelitatem pollicendo, *lib. 2. feud. tit. 24.* per quos fiat inuestitur in princ. Et *d. lib. 2. tit. 40. de capitul. Corrad. in princ.*

Finis.

FINIS petitionis inuestituræ alias est respectu domini: alias respectu vasalli; respectu domini in antiquo feudo est, ne lōginquitate temporis, aut ignorātia vasalli, dominioius suum, quod in feudo habet, interuertatur. *Syluan. de feud. recognit. q. 12. n. 1.* Et *Borchol. de feud. c. 7. n. 30.*

At respectu vasalli est, vt tā in nouo, quam antiquo feudo, hac petitione inuestiture suā erga dñm reuerentiā declareret, simulq; in antiquo feudo ostendat, se potius domini & primi acquirentis beneficio, quam successione feudum obtinere, not. *Curt. Iun. de feudis, parte quarta, numero quadragesimo quinto. Mozz. defeud.*

B 4

desub-

Effectus.

PRIMVS Effectus , petitionis inuestituræ est, vt vasallus, facta inuestitura domino fidelitatem præstare teneatur : adeo vt nō prius verè possessionem Feudi apprehendere possit,
lib. 2. Feud. tit. 4.

Secundus effectus est, vt si in instrumento inuestituræ dicatur , quod dominus vasallum de hac vel illa re inuestiuit , eamque illi concessit , ac tradidit , eo ipso intelligitur vasallo concessa licentia , vt propria autoritate possessionem rei apprehendere possit , not. Aluaret. lib. 2. feud. tit. 2. quid si inuestitura. Zaf. de feud. p. 6. Et Schrad. de feud. p. 4. n. 11. vers. 2.

Tertius Effectus est, vt vasallo ad traditionem rei feudalnis agéte dominus rem illam trahere , & vasallum in eius possessionem mittere teneatur , quia hoc mutua obligatio , quæ in inuestitura inter dominum & vasallum contracta est , requirit. 2. feud.
d. lib. 26. §. si facta.

Titulus

Titulus IV.

D E M O D I S Q V I B V S
FEVDVM C O N S T I T V A T V R,
& primum de inuestitura iure feudali
introductione.

S V M M A R I A.

- 1 De generali & speciali feudi inuestitura.
- 2 Tam de feudi aperti , quam feudi aperiendi inuestitura.
- 3 Omnis autem inuestitura , aut pure aut in diem ,
vel sub conditione , eaq^z honesta & possibili ficeri solet.
- 4 De fidelitate iuramento manita.

A N A L Y S I S.

HACTENVS de modis quibus ad constitutionem Feudi peruenitur : iam hoc capite dicendum est , de modis quibus Feudum constituitur , quorum enim aliis est inuestitura de iure feudali cognita ; aliusue inuestitura simultanea de iure incognita , de qua in sequenti titulo agetur .

Hic vnicus est modus , nempe inuestitura , sine qua feudum nullo modo constitui potest , qua de causa inuestitura ex propria feudi natura requiritur . In genere enim vestitura quemlibet

libet actū significat, quo alicui possessio, quo-
cunq; iure conceditur; quia vt homo vestitur
vestib⁹: ita quilibet possessione feudi, Emphy-
teuseos, vel alterius rei quodammodo vestiri vi-
detur. At in specie ad Feudum refertur, quia
vasallus specialiter Feudo inuestiri dicitur, Et
tum vel ipsum inuestiendi actum die belehnung
der Lehenschafft significat, vel ipsam feudi pos-
sessionem, vel instrumentum den Lehnenbrieff
dc notat.li.1.feud.tit.25.quib.mod.feud.constitui pōt,
in princ.Iason.in prelud.feud.n.34.lib.2.feud.tit.2.
quid sit inuestitura, not. Mozz.de feud.de substan-
tial.feud.n.34.

2 Non solum autem de aperto feudo inuesti-
tura fieri potest, sed etiam de eo quod aperien-
dum speratur, vasallo nimirū familiae & agna-
tionis ultimo succumbente, & feudi eaduci-
tatem causante. Claud.de Seissel.in rubric.de his
qui feud. dar. poss.n. vn.de feud.dat.in vicem l.com. §.
fin.c.vn. §. moribus.si de feud. diff. Vult. de feud.caſ.
7.n.48. & n.51.

3 Porro omnis inuestitura fit vel purē, vel in
diē, vel sub conditione, eaq; honesta & possi-
bili, cui, vt omnibus aliis cōtractibus, paſta li-
cer in cōtinenti apponere, legibus non prohi-
bita. c.vn qui succes.ten.c.vn. §. vlt.de feud. Vult. de
feud.c.7.n.44.Rosen.c.6.Et Borcholt.c.5.n.25.

4 Inuestitura deniq; ex parte domini facta,
consequēs, vt vasallus iuret fidelitatem, vel in
propria persona, vel aliena procuratoria, à do-
mino agnita & approbata, mandatumq; spe-
ciale

ciale habente, Borcholt. c. 7. n. 37. Rosenth. 6.
conclus. 67. §. sed utrum per quos si inuestit, Paris. de
Put. de redintegr. feud. c. 148. n. 3. Schneid. p. 5. n.
88. Mozz. de substan. feud.

GENESIS.

S U M M A R I A.

- 1 Definitio.
- 2 Distributio.
- 3 Causa Efficiens remota.
- 4 Causa Efficiens propinqua.
- 5 Causa materialis.
- 6 Causa formalis.
- 7 Causa finalis.
- 8 Effectus.

Definitio Inuestiture.

INNESTITURA est contractus nominatus
iuris civilis bona fidei solenni feudi conces-
sione constans. Vult. de feud. c. 7. num. vndecimo.
Curt. in tract. feud. quest. 9. num. 1. Vult. c. 11. n. 8.
Idem c. 7. n. 17.

Distributio.

INuestitura est propria vel improppria. Pro-
pria inuestitura est, quando dominus vasal-
lum, vel alium eius nomine in verâ feudi pos-
sessionem coram certis quibusdâ personis sub
præstatione fidei reducit. lib. 2. feud. tit. 2. in prin.
Impro-

Impropria vero esse dicitur, quando vasallo hasta vel aliud corporeum, puta vexillum, baculus, gladius, virga, annulus, &c. à domino traditur, *eod.lib. 2. feud.tit. 2.* Et ibi communiter Doctores.

Vtraqué inuestitura rursus vel est noui, vel antiqui feudi; Noui feudi est, ex qua primū originem feudum accepit. At antiqui est, quæ fit à successore domini vel vasalli, mortuo domino vel vasallo, *lib. 2. feud.tit. 32. qui testes sunt necessarij.*

Causa efficiens remota.

REMOTA est ius feudorum. Hoc enim iure tām propria, quām impropria inuestitura est introducta. *lib. 2. feud.tit. 2. & passim.*

Causa propinqua.

PROPINQA causa sunt Personæ, quæ inuestituram conferunt, quia hæ inuestituram feudi introducunt. *lib. 7. feud.tit. 3. per quos fiat inuestitur.* Introducere autem inuestituram feudi omnes possunt, qui & feudum conferre. Et quidem dare inuestiturā feudalii suo, alii alieno nomine possunt. Suo nomine conferunt dominus & domina; Alienō verò nomine inuestituram conferre possunt, ut Cancellarius, Administrator, Procurator, Tutor, Curator, *libro secundo, feud.tit. 3. per quos fiat inuestitur.*

Materia.

Materia.

MATERIA inuestituræ est res in feudum data & accepta, circa hanc enim inuestitura tam propria, quam impropria versatur: quia haec per inuestituram vasallo ceditur: Et propterea quæ res in feudum dari vel non dari possunt, de iis egimus supra, tit. I. de Iur. feud.

Forma.

FORMA inuestituræ tam propriæ quam impropriæ duplex, alia Generalis, alia Specialis. Generalis inuestituræ forma in eo consistit, ut verbis, & insigni aliquo corporali, coram certis quibusdam personis, res alicui in feudum testato, & sub præstatione fidei cedatur. Specialis verò forma est illius curiæ siue loci, ubi res in feudum datur & accipitur: & haec ante omnia attendenda: quia vasallus nō iuxta commune feudorum ius, sed iuxta consuetudinem patriæ inuestituram accipere intelligitur, Paris, conf. 13. n. 53. volum. 4.

Quod si statim à propria inuestitura fit initium, tum requiritur, ut dominus vasallo verè & re ipsa, coram certis quibusdam personis, rem in feudum, cum declaratione voluntatis, & sub conditione fidei, testato cedat. Et ita tum in forma huius inuestituræ quatuor exiguntur: quorum primum est, ut rei feudalis possessio verè & re ipsa vasallo cedatur: veluti si dominus vasallum in prædium inducat, & ita prædii

prædii possessionē in eum transferat. In hoc tñ.
Specificā huius inuestituræ differentia cōsistit,
hoc n. casu ppria inuestitura fieri intelligitur,
si dñs vasallo symbolū aliquod in re præsenti
porrigit: quia hoc ipso rei feudalī possesso in
inuestitum transfertur. Ut tradunt Isern. n. 1.
Affl. et. n. 4. Aluarot. n. 7. & Baro Schenck. n. 4.
lib. 2. feud. tit. 2. quid sit inuestit.

2 Alterum q̄ in hac inuestitura requiritur, est
vt dñs voluntatē suam declaret, cui nimirū, &
quibus modis, v̄asallo, rei feudalī possesso in
cedat, veluti si dicat. *Do tibi hoc prædium in feu-*
dum. Rosenth. de feud. vol. 1. c. 6. q. 2.

3 Tertium est, vt dominus vasallo sub condi-
tione fidei, rei feudalī possesso in
cedat. Ob. dis. 8. c. 8. de feud.

4 Ex quo huius inuestituræ quartū & vlt. req̄ sitū
est, vt fiat corā certis personis. Ob. d. loc. de feud.

5 In forma verò Impropriæ feudi inuestitu-
ræ quinque requiruntur: primum est, vt do-
minus vasallo insigne aliquod corporale por-
rigat, quod esset nota & insigne cooptati va-
salli; vt collati feudi: sicut enim variæ sunt feu-
dorū species, sic etiā variæ sunt fineudationis
notæ. Siquidē alia in Imperatorib. designādis,
alia in Regibus, alia in Episcopis, alia in ducib.
alia in Marchionibus, alia in comitib⁹, alia itē
in minoribus vasallis insignitia adhiberi solent.
lib. 2. feud. tit. 2. quid sit inuestit. in print. Et ibi hoc
oēs tradunt, in pluribus ostendit Hot. in disput.
de feud. c. 23. Et Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 29. cū seq.

2 Alterum quod in forma impropriæ inuesti-

turæ requiritur est, ut domin⁹ porrecto aliquo insigni corporeo dicat, se cūm hoc signo ei rem in feudum promissum conferre. 2.feud.tit.
2.in pr.in verb.dicente.

Tertium, quod in forma inuestituræ impro-
priæ exigit⁹ est, vt hēc inuestitura, seu nota in-
feudationis, coram certis quibusdā personis
fiat.lib.2.feud.d.tit.2.in princ.

Quattū, quod in inuestitura iāproprīa re-
quiritur, est cum hēc coram certis personis te-
stato fiat, hoc est, vt fiat coram certis personis
tāquam inuestituræ testibus: quia id circo per-
sonæ adhibētur, vt in illarum præsentia inue-
stitura rite fieri, & si opus sit, per eas probari
possit.2.feud.tit.2.&d.tit.32.vbi not.

Quintū & vltimum requisitū, quod in hac
inuestitura iāproprīa exigit⁹ est, vt vasallus
inuestiatur sub conditione fidei, Ob.d.disp.8.c.
8.th.161.

Finis.

FINI S VTRIUSQUE INVESTITURÆ EST, VT HUIUS-
MODI RES IN FEUDUM VASALLO CEDATUR, FEU-
DUM ENIM SINE INVESTITURA NON TRANSFERTUR.lib.
1.feud.tit.25.quibus mod. feud.constit.potest.

Effectus.

PROPRIÆ EFFECT⁹ INVESTITURÆ EST, SI VASALLUS RE-
FEUDALI VITIAC FRUITUR. QUOD SI VSUS EI P-
CLUDATUR, VT, QUIA RÉS SIT EUIC̄TA, TŪ ALIUD FEUDŪ
EIUSDĒ BONITATIS SEU QUĀTITATIS, VEL EIUSDĒ ÄSTI-
MATIONIS RESTITUĒDŪ EST, AUT PRETIŪ Q̄ EX SENTE-
TIA IUDICIS VICTORI VASALLUS EXFOLUIT, REFUNDEN-
DŪ. FEUD.2.tit.8.§.1.feud.2.tit.25.in verb.vel num-
mos.

Impro-

Impropriæ inuestituræ esse cœtus est, si vasallus ad traditionem rei feudalis agit, & dominum tradere oportet, atq; vasallum in possessionem feudi mittere, quod si differat, etiam omnem utilitatē, id est, interesse præstare cogitur. Feud. 2. tit. 26. §. si facta. Feud. 1. tit. 4. in princ. Feud. 2. tit. 7. in fin.

Titulus V.

**D E I N V E S T I T U R A
S I M V L T A N E A I N S A-
x o n i a & alijs locis vfi-
tata.**

S U M M A R I A.

- 1 Licet iure Saxonico in linea collaterali planè nulla sit successio, tamen ratio est inuenta, qua succedendi ius inter collaterales concedatur.
- 2 Hoc ius succedendi ex pacto inuestitura simultanea competit.
- 3 Tale patrum est vsu receptum, & longa consuetudine tritum.

A N A L Y S I S.

SATIS præcedenti capite de inuestitura egimus, quæ iure feudorum est introducta, hoc vero capite agemus, quæ iure feudorum est

est incognita, & in Saxoniam multis in locis visitata, hanc vocant, simultaneam inuestituram, quæ sit coniuncta manu, die beleyhung mit ge-
sambstar Hand.

Cum iure Saxorico inter collaterales in feudis nulla esset successio, ideo inuenta est ratio, qua succedendi ius non solum agnatis, sed etiam personis penitus extraneis concederetur, vt videlicet qui ad successionem alicui aspirant, cum ipso consentiente simul se inuestiri current, vnde simultanea inuestitura; qua de causa possessor feudi & alter qui simul est inuestiendus, de futura successione inter se paciscuntur, & alter alteri succedendi facultatem repromittit. Hart. Pistor. quest. iur. lib. 2.
p.2.q.20.i.princ.

Vnde ex hoc pacto succedendi ius simultaneè inuestitis competit: adeo ut licet (præcedente tamen vtriusque consensu) in instrumento inuestituræ simpliciter dictum sit. *hos simul inuestitos esse debere, vel alicui coniuncta manu concessam esse.* Dasz einem die gesampt Handt ge-
stehten oder dasz er mit einem andern samptlichen beleinet seye/ quod hoc ipso sine alia expressione, succedendi ius datum intelligatur. Hart.
Pist.d.q.20.n.6.

Ex hoc pactum idcirco subsistit, quia sit omnium illorum consensu, quorum interest: & quia penè ubique inueterata consuetudine est confirmatum, ut merito pro iure seruetur. Nec est, quod aliquis hoc pactum, tanquam à iure

C

ciuili

ciuali aliorum, impugnet: quia et si Legum Romanarum non sit vilis authoritas, tamen non adeò vim suam extendunt, ut aut usum, aut mores vincant. lib. 2. feud. tit. i. de feud. cognit.

GENESIS.

S V M M A R I A.

- 1 Definitio Imperfecta.
- 2 Causa efficiens remota.
- 3 Causa efficiens propinquæ.
- 4 Materia.
- 5 Forma.
- 6 Finis.
- 7 Effectus.

Definitio Imperfecta simultaneæ inuestiturae.

DE SCRIBITVR simultanea inuestitura, quod sit actus, quo dominus feudi, cum consensu possessoris feudi unum vel plures volentes atque scientes, de feudo inuestit, ita ut tam propriæ inuestitus & possessor, quam simultaneæ inuestiti id simul habeant, & sibi inuicem succedant. Obrech. diss. 8. c. 9.

Causa Efficiens remota.

CAUSÆ efficiens huius inuestituræ vel remota est vel propinquæ. Remota est consuetudo.

suetudo. Etsi enim tam in iure feudali, quam Saxonico non leuia huius inuestituræ apparet vestigia: tamen cum Hartm. Pistorio rectius esse putamus, hanc inuestitoram cōfidence, quam vlo iure introductam esse. Hartman. Pistor. lib. 2.p. 2.q̄aest. 20. in princ. cum num. sequent.

Causa Efficiens propinqua.

PROPIN QV A efficiens causa est dominus feudi; hic enim de feudo suo etiam alios, cæteris tamen paribus, inuestire potest; & hic eadem obseruāda sunt, quæ capite præcedenti in propinqua efficiente causa inuestituræ notauiimus. libr. secundo, feud. titul. 3. per quos fiat inuestitur.

Materia.

MATERIA simultaneæ inuestituræ sunt tam propriè inuestitus, quam, illi qui cum hoc simul inuestiuntur. libr. 2. feud. tit. 3. per quos siat inuestitus. & per quos recip.

Forma.

Forma in eo consistit, ut dominus cum cō sensu possessoris secundum cuiusvis loci speciale ritum, vnum vel plures, scientes atque volentes cum ante- inuestito, de feudo ipsius simul inuestiat. Et ita in forma huius inuestituræ quatuor requiruntur. Primum est,

C 2

vt

vt possessor feudi consentiat. Proprium enim etiam quasi de substātia huius inuestituræ est, in ea non inscio, sed consentiente possessore feudi, cum quo simul quis est inuestiendus, impetratur, ait Hartm. Pistor. dict. quæst. in fin. princip.

2 Alterum quod requiritur est, vt vltra consensum possessoris etiam simul inuestiti, vel inuestitorum adsit voluntas atq; sciētia. Nam alterum simul inuestire est illi beneficium. lib. 2. feud. tit. 23. in quib. caus. feud. amitt.

3 Terrum requisitum est, vt hæc inuestitura secundum specialem cuiusvis loci ritum fiat: quia cum hæc inuestitura iuri feudorum incognita, & consuetudine introducta sit: merito non generalis forma, iure feudalī constituta, de qua capite præcedente; sed ea forma obseruatur, quæ in quo vis loco longo usu obseruari solet, hæc enim ante omnia est attendenda. Paris. conf. 13. n. 53. vol. 1.

4 Quartum requisitum, quod exigimus, est, vt hæc inuestitura simultanea fiat: hoc est, vt illis fiat verbis, quo ex iis constet, vnum vel plures, cum alio simultaneè esse inuestitos: ve- luti ut dicatur. Hos simul inuestitos esse debere, vel alicui coniuncta manu concessam esse. Et vt nos loquimur, Dass einem die gesampfte Handt gelie- hen/ oder/ dass einer mit der andern sampt- lich beliehen sey. Obrecht. disp. 8. c. 9.

Finis

Finis.

FINIS huius inuestituræ est, vt omnes simul feudum habeant, & sibi inuicem succedant. Obr. disp. 8.c.9.

Effectus.

EFFECTVS huius inuestituræ sunt varii: Primus & principalis est reciproca obligatio seu communio quædam, ad ius succendi quod attinet. Pist. d.p.2.q.20.n.2. vers. vnde plerumq;. & in subiecto cons. n.22.

Alter effectus est, quod ius ex simultanea inuestitura quæsum, non solum personam inuestiti respicit: sed etiam utrinq; ad descendentes tam eius, qui hanc inuestitiram impenetravit, quam alterius cum quo alter inuestitus est, transmititur. Hart. Pistor. d.q.2.n.7.

Tertius effectus simultaneæ inuestituræ, est actio reuocatoria. Si enim possessor feudum alienauerit, inuestiti à tertio possessore feudu reuocare possunt: Exemplo eius actionis quæ jure communi feudorum successoribus est concessa. lib. 2. feud. tit. 26. si de feud. content.

t. §. Titius. tit. 39. de alien.

si feud. pat.

C 3 Liber



Liber II.

DE ACQVISI-
TIONE FEVDI.

Titulus I.

D E M O D I S Q V I B V S
F E V D U M A C Q V I R A T U R,
& primum de Prescri-
p tione.

S U M M A R I A.

- 1 *Acquiritur feudum contractu vel distractu : contractu titulo oneroso vel gratuito.*
- 2 *Item acquiritur feudum non solum præscriptione, verum etiam successione.*
- 3 *Acquisitio tam à parte domini, quam à parte vassalli fieri solet.*

A N A L Y S I S.



ONSTITVTO Feudo per inuesti-
 turam, proximum est, ut etiam de
 Feudi constituti Acquisitione aga-
 tur.

eur. Cōstitutionem enim feudi ab eius acquisitione esse aliam, vt supra dictum, quæ utrāque hochabet comūne, quod omnis eius vis, atq; natura ex iure, siue consuetudine recepta repetenda atq; æstimanda est.

Feudi autem acquirendi modi sunt cōplures, videlicet cum feudum acquiratur cōtractu vel distractu. Contractu, vt titulo oneroso vel gratuito, Oneroso, vt venditione & permutatione, potest enim vasallus alteri feudum suum consentiente domino vendere, vel eiusdem domini consensu vasalli inter se feuda permittare possunt. Gratuito verò vt donatione, plerūq; domini feuda, præsertim ad se reuersa, donare aliis & gratis concedere solent. libr. 2. feud. tit. 44. Quid iuris si post alienat. Et tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frid. Bald. lib. 2. feud. tit. 9. Qual. olim. pot. feud. alien.

Distractu tandem acquirere feuda possunt, 2
vt Transactione, vasallus enim transigere pōt, si inter eum & extraneum de feudo fuerit cōtrouersia, dummodo id fraudulenter non agatur, id est, nec decidendi, nec alienandi, nec diminuendi causa id fieri, hisce tamen non obstantibus existimauerim hanc propositam acquisitionis materiam commodius ad modum præscriptionis & successionis reuocari posse, quam quod vt supra expositum est, declaretur.

Primus itaq; acquirendi modus est Præscriptio, 3
qua vel à parte dñi, vel à parte vasalli ad feudi

C 4

feudi

feudi acquisitionem peruenitur , à parte enim domini præscriptione feudum acquiritur , si dominus per triginta annos alicuius rei nomine , quæ reuera libera erat , feudalia seruitia à vasallo receperit . Feud. 1. tit. vlt. feud. 2. tit. 9. §. 1. tit. 26. §. si quis. & tit. 87.

A parte vero vasalli , vt feudū præscriptio- ne acquiratur , vt is rem aliquam non feudalem , tanquam feudum per triginta annos pos- sideat , & eo nomine ei , cuius res est vel esse putatur , seruitium exhibeat . Obrecht. disput. 6. capit. 6.

GENESIS.

S V M M A R I A.

- 1 Definitio.
- 2 Distributio.
- 3 Causa Efficiens.
- 4 Materia.
- 5 Forma.
- 7 Effectus.

Definitio prescriptionis.

PRÆSCRIPTIO est dominii per conti- nuationem possessionis tempore legitimo acquisitio . Vult. lib. 1. c. 9. de feud.

Distributio.

PRÆSCRIPTIO alia est temporalis , alia perpetua . Temporalis est , cum res immo- biles per longissimam temporis possessionem acqui-

acquiruntur, ut si quis per triginta annos rem aliquam non feudalem possederit ut feudum. Perpetua vero est, quae vix unius hominis seculo absolvitur. Vult. lib. i. c. 9. de feud.

Causa Efficiens

C AVS A Efficiens præscriptionis est bonæ fidei possessor, qui elapsio iusti temporis spacio res immobiles sibi ipsi per præscriptionem acquirere potest: vnde sciendum est ad perficiendam usucaptionem opus esse possessione, sine qua nulla usucatio procedit, quare rectè dicitur, tantum videri & intelligi præscriptum, quantum videtur possellum. Obr. disp. 6. c. 6. de feud.

Materia.

MATERIA præscriptionis sunt omnes res immobiles quæ possideri possunt, hæ enim rectè usuapiuntur, teste Schurff. consil. 88.

Forma.

FORMA complectitur requisita præscriptionis, tam à parte domini, quam à parte vasalli: In præscriptione à parte domini, quatuor requiruntur.

Primum est, ut à vasallo alicuius rei nomen, quæ revera fuit libera, feudalia officia recipiat: quia, ut à parte vasalli requiritur possessio, ita etiam viceissim talis à parte domini adesse debet,

C 5

I

bet. Et hoc ipso non solum proprietatem rei longissimo tempore dominus adipiscitur, quia per vasallum rem illam tanto tempore suo nomine possidet, & ita sibi acquirit, sed etiam rei illius dominum, sibi ut vasallum obstringit, quia ab eo feudalia officia longissimo tempore accepit. lib. 2. feud. tit. 26. §. si quis per 30. annos.

² Alterum quod requiritur, est, ut dominus de realterius libera, ac si feudalis esset, seruitia acceperit. Eo enim animo à vasallo seruitia accipere debet, ac si res non vasalli, sed sua propria esset: quia si eo animo acciperet, ac si res esset alterius, eam sibi præscriptione non posset acquirere. Non enim haberet animum sibi possidendi, sine quo nec possessio, nec præscriptio procedit. Obr. disp.

³ Tertium requisitum, quod exigitur, est, ut dñs per 30. annos feudalia officia acceperit. Nā quia tot annis à parte vasalli necessarii sunt, ut paulo ante ostendimus, ex natura Correlatiorum, non male totidem anni à parte domini requiri debent, ita quæ supra de hoc requisito à parte vasalli diximus, etiam in domino locum habent. Obr.

⁴ Quartum & ultimum requisitum est, ut dominus à vasallo feudalia seruitia acceperit: quia ut à parte vasalli seruitum feudale exhibendum est, ita quoq; dominus à vasallo talia seruitia recipere debet. Ex his enim tam de voluntate vasalli, quam voluntate domini constat:

stat: nempe illum velle huius esse vasallum: & dominum velle illum pro vasallo agnoscere.
d.tit.26. §. si quis per 30. annos.

A parte verò vasalli, vt feudum præscriptio-ne constituatur, necesse est, vt is rem aliquam non feudalem, tanquam feudum per 30. annos possideat, & eo nomine ei, cui^o res est, vel esse putatur, seruitium exhibeat, & in hac feudi præscriptione, quę fit à vasallo quatuor requiri-tuntur:

Primum est, vt vasallus rem possideat, sicut n. naturaliter absque possessione nullares acquiritur, ita nec ius feudorum hoc casu præscrip-tionem sine possessione esse voluit. lib. 2. feud. d.tit.26. §. si quis per 30. annos.

Alterū, quod in præscriptione feudi requiri-tur, est, vt quis rē possideat, tāquam feudum, non vt rem propriā, vel vt pignus. Et ita in hoc requisito necessarium est, vt rem tāquam feu-dum possideat, quia hoc expreſſè exigitur. lib. 2. feud. d.tit.26. §. si quis.

Tertium, quod requiritur, est, vt per 30. annos possideat. Et ita hoc requisitum in tribus consistit. 1. In tempore 30. annorum. 2. In con-tinuatione, & 3. In completione huius tem-poris. d.tit.26. §. si quis.

Quartum & vltimum, quod in præscriptio-ne feudi requiritur, est, vt is qui per 30. annos rem aliquam vt feudum possideret, etiam eius nōmine domino seruitium exhibuerit. lib. 2. feud. d.tit.26. §. si quis.

Efectus.

Effectus.

EF F E C T V S præscriptionis à parte domini
niest, vt hac præscriptione completa, rei
dominium sibi acquirat, & sine inuestitura
vasallum sibi obliget.

Effectus vero præscriptionis à parte vasalli
est, vt hac præscriptione completa, ita feudum
obtineat, vt nulla inunstitutiona opus sit, vt do-
minus etiam nihilominus hunc pro vasallo
suo agnoscere cogatur, quia propter tāti tem-
poris lapsū ante triginta annos inuestitura
intermissa præsumitur, & consequenter, alter
tanto tempore vasallus constitutus intelligi-
tur. Welenb.c.6.n.5.de feud. Schrad. part. 4. cap.

4.n.6.

Titulus II.

DE SUCCESSIONE.

S U M M A R I A.

- 1 Successio est in linea tām descendētium, quam col-
lateralium.
- 2 Legitimatio tribus fit modis per subsequens matri-
monium, per oblationem Curia, & denig̃ per
rescriptum principis.
De successione collateraliū, cuius appellatione o-
mnes ē latere veniunt.

AN-

ANALYSIS.

HVCS QVE de primo acquirendi feudimodo, sequitur alter acquitēdīodus, qui est de successione.

Successio feudalis est & consistit in linea
descendentium, & collateralium; descenden-
tium enim appellatione veniunt liberi, libero-
rum autem nomine non solum filii; sed largo
etiam nomine nepotes, pronepotes etiam in-
telliguntur. Et hac ratione iure feudali soli fi-
lli succedunt; fœminæ vero excluduntur, nec
saltēm filii, sed etiam nepotes, pronepotes,
sicque in itifinitum, dammodo ex filio, non
etiam filia, nati fuerint. Feud.tit.II. & tit. 50.

Legitimati sunt, qui ab initio naturales exi-
stunt, postea legitimi fiunt: quod tribus mo-
dis accidit, per subsequens matrimonium, per
oblationem curiæ, & per rescriptum Princi-
pis, ad feudum Legitimatū, legitimati per
subsequēs matrimonium vna cum liberis na-
turalibus & legitimis simul succedunt. Obert.
Feud. 2. tit. I.

Succesio collateralis est, quando appella-
tione naturalium, omnes è latere veniunt, ve-
luti fratres, fratrumq[ue] liberi, ii[que] masculi,
sed h[ic] tantummodo qui ex virili, non ex fœ-
mineo sexu descendunt, siue soli sint, si-
ue cum fratrum liberis concurrant. Quod si
soli fratru[m] liberi, nullis fratribus superstibis
extent, successio vt olim, ita & nunc in capi-
ta fit.

ta sit. Feud. 1. titulo octauo, §. primo, Feud. 2. titulo
vndecimo.

GENESIS.

S U M M A R I A.

- I Definitio.
- 2 Distributio.
- 3 Causa Efficiens.
- E Causa formalis.

Definitio Successionis.

SVCESSIO in genere, est alicuius in locum alterius concessio, in specie autem est, concessio in ius , quod defunctus habuit, quod ius est alicuius vniuersitatis , vel rerum singularum. Vult. de feud. capit. nono, numero viiiijmo tertio.

Distributio.

SVCESSIO duplex est: Testamentaria , quæ ex testamento. Et legitima, quæ ab intestato defertur. De Testamentaria regulariter hoc loco nihil, quia feudum non testantis, sed domini proprium est, & hac ratione nulla de feudiis in testamento potest fieri ordinatio. De legitima igitur videamus. In haec enim triplex est succedendi linea , siue ordo descendantium , ascendentium & collateralium. De ascendantium successione itidem hoc loco nihil , quoniam in feudiis non succedunt, exceptis tamen duobus casibus. In linea vero descendantium



& collateralium successio est iure feudali corroborata. I. feud. tit. 8. 9. 2. feud. tit. 50.

Causa Efficiens

Aquirunt successione feudū omnes qui eius capaces, neque expressè reperiuntur prohibiti: quorum prima causa est liberorum, non modo naturalium & legitimorum, sed etiam emancipatorum, exhāredatorum, præteritorum & caliorum, nimirum fœmineorum consuetudine, vel pacto, vel statuto aliquo admittēdorum. c. 1. in pr. de nat. success. feud. Schrad. p. 7. c. 5. n. 14. Alu. in c. 1. §. hæc quoq. de his qui feud. dare possunt. Schneid. p. 6. de success. feud. n. 27.

Forma.

PO R R O non tantum, ut dictum, naturales & legitimi, sed etiam ex primo acquirente descendentes omnes in infinitum, graduam tamen seruata prærogatiua & partium æquitate succedunt, ita ut æquales gradu æqualiter iure suo proprio in capita: dispares verò cum his, soli iuris repræsentationis in stirpes succedant. c. 1. de success. feud. Gædd.

disp. 7. thes. 5.

Liber



Liber III.

DE AMISSIO-
NE FEVDI.

Titulus I.

DE MODIS, QVIBVS
FEVDVM AMIT-
TATVR.

S V M M A R I A.

- 1 Modus amittendi feudi tam ex re ipsa, quam ex persona repetendos esse, manifestè appetet.
- 2 Ex re ipsa, quando feudum una cum rei interitus evanescit.
- 3 Ex persona tam domini, quam vasalli: Ex persona domini, si eo defuncto, nullus sit heres: Ex persona vero vasalli, si eo mortuo, nullus sit successor.

ANALYSIS.

DE feudo constituendo, acquirendo,
& conseruando huc usque pro ratio-
ne instituti nostri satis dictum est: su-
perest autem tertia iuris consideratio, quo
modo

modo videlicet illud ipsum quod semel constitutum, acquisitum, & conseruatum, amittatur. Cum enim priuatio præsupponat habitum, & amitti nequeat, quod antea acquisitum non fuit, hæc quæ de amissione feudi, est quæstio, natura, & ordine est posterior. Quæ admodum autem contractus ipso iure nullus est, in integrum restitutio frustra postulatur, ita de feudo amittendo frustra queretur, si illud iure ante non constiterit. Paria enim esse in iure censentur ea, quæ facta non sunt, & ea quæ facta quidem sunt, sed non legitime; de eiusmodi igitur feudo, quod constitutum non sit, nulla nobis hoc loco erit quæstio, sed de eo duntaxat, quod inde ab initio iure constituitur, & iure possessum est, sicut autem ius feudi constituendi causa est suprema, ita etiam idem ex causa eiusdem amittendi.

Modos autem feudi amittendi non tantum ex re ipsa, sed etiam ex personis sumendos esse constat, ex re, quandounque feudum una cum rei interitu, in qua id constitutum est, etiam ipsum interit. Sublata enim re in qua ueste suo subiecto ius aliquod est, ipsum etiam ius tantum eius rei adiunctum tolli ipsa suadet ratio Logica. Multis autem modis res aliqua interire potest, puta incendio, chasmate, terræmotu, item inundatione, item calamitate belli, cum prædia occupantur ab hostiis. Vult. lib. i. c. II. de feud.

Ex persona nimirum eorum inter quos est
D respe-

respetu feudi mutua quædam relatio, siue obligatio, feudum extinguitur, primurn: de quibus infra, morte alterius nempe, domini vel vasalli. Morte domini cui defuncto nemo sat hæres ex his, qui necessitudine aliqua ipsum attingant, quo casu, ut maxime Fiscus si velit, succedat, proprietas, siue ut loquuntur, dominium directum consolidatur cum feudo, ut qui vasallus ante erat, iam vasallus esse designat, & qui iure feudi ante possederat, nunc iure suo proprio eoque pleno possidere incipiat. Vult. d. c. de fœd.

Deinde morte vasalli, si eo defuncto nemo superest alius, cui ius succedendi in feudo ex inuestitura, vel si feudum sit eiusmodi, de quo vasallus iure disponere possit, ex ultima aliqua voluntate competat. Tum enim feudum ad proprietatem reuertitur, & ex eotempore nondæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem, ut de usufructu cui feudum non est absimile. Vult. d. loc. de fœd.

GENESIS.

S U M M A R I A.

- 1 Definitio.
- 2 Distributio.
- 3 Causa.
- 4 Forma.
- 5 Effectus.

Definitio

Definitio Amisionis.

AMISIO est obligationis acquisitione per Aemptio. Vult. c. 9. lib. I. de feud.

Distributio.

FEVDVM legitime acquisitum, vasallo sine eius culpa ne à principe quidem auferri potest, culpa qua feendum amittitur, consistit, vel in committendo, vel omittendo, quæ in specie dicitur Felonia, ob hanc enim non minus dominus suo dominio, atque vasallus suo feudo priuatur. Vigil. capit. quinto, quest. prima, consil. tricesimoquinto, §. final. de feud. I. feud. 7.

Causa.

CAUSÆ ex quibus feuda amittantur certa regula comprehenduntur non possunt; hoc tamen in genere receptum est, ut ex omnibus causis, ex quibus donatio revocatur, matrimonium soluitur, filius exhaeredatur, & si quæ sint eius causis similes, vel etiam grauiores, ex iisdem etiam feendum amittatur. 2. feud. 23. vers. dummodo memineris, & sequent. Niel. disputat. 3. thes. 2.

Harum causarum multæ his consuetudinibus expressæ sunt: prima & potissima est, si renouatio inuestituræ domino, vel vasallo mutato intra annum & diem à tempore scientia vasalli perita non fuerit, hoc casu nisi iustam vasallus habeat excusationis causam,

feudum amittitur , nec moræ purgationi locus superest. 2. feud. 24. Et 2. feud. § 2.c.vlt. 2. feud. 55. §. præterea. V. gel cap. quinto. queſt. prima, conſiſt. except. II.

Reliquæ vero cauſe ob quas vasallus feu-
do cadit, fere sunt hæc, si domino re aut verbiis
graues vel in honestas iniurias ingeſſerit, eum
concurbitauerit, in vita periculo deseruerit, ac
cufauerit, abnegauerit: Testimonium in eum
dixerit, arcanum eius reuelauetit, legitime a
domino in ius vocatus non paruerit, seruitia
requisitus non præſtiterit, parricidium com-
miserit, &c. atque his similes vel grauiores. 1.
feud. 5. 17. 21. & 2. feud. 22. 23. 24. 28. §. ad hac
37. 38. in fin. 51. §. primo. Et 2. feud. 55. §. insuper
ſifilius, 57.

Cæterum & illud hoc loco obſeruandum,
quibus ex cauſis vasallus vtili dominio priua-
tur, ex ijsdem cauſis etiam dominus dire-
cto ſuo feudi dominio priuati potest, vt pu-
ta ſi ſine conſenſu vasalli feudum in alium
tranſtulerit, iuft tiam eidem non fecerit, vel
intra annum & diem inueſtituram petentem
non inueſtirerit. Glos. in §. final. feud. 2. tit. 3. &
ſimilibus.

Denique, culpa non tantum lata, ſed etiam
leui, nonnunquam nulla, tam dominus dire-
ctum dominium amittit, quam vasallus feu-
dum præſcriptione temporis longiſſimi, niſi
fuerit illicite alienatum, id est, ſine domini
conſenſu, huius enim reuocationi nullius te-
potis

INSTIT. FEVD. LIB. III. TIT. II. 53
potis præscriptionem obstat cōstitutum est
Niel. disp. 8. de feud. Forma fol. 58.

Effectus.

DEbet igitur causæ cognitionem sequi
sententia, etiamsi vasallus eiusmodi ali-
cuius ingratitudinis argueretur. Ex qua ipso
iure feudo suo cecidisse diceretur, hac tamen
distinctione obseruata, ut si feudum ipso iure
commissum sit, dum sententia illa sit dunta-
xat declaratoria, nimirum delicti commissi &
pœnae, idque propter auocandam posses-
sionem, quæ à iure, quo vasallus cecidit, est a-
lia, ita feudo sine domini consensu alienato
declaratoriam sententiam desiderat. Zaf. p. 10.
n. 73. Rosenth. c. 10. conclus. 97.

Titulus II.

DE DEVOLVTIONE FEV-
DI AMISSI VNA CVM FRV-
ctibus extremi anni, ad quem nimi-
rum feudum amissum re-
uertatur.

S V M M A R I A.

Personæ ad quas feudum ex supradictis modis &
causis amissum à vasallo devoluitur, in triplici
sunt differentia. Et devolutio sit vel sine culpa,

D 3 vel

*vel ob culpam: sine culpa, quando feudum ob
vitium corporis sit extinctum. Ob culpam vero,
quando in committendo, vel omitendo feu-
dum extinguitur.*

ANALYSIS.

TANTVM de feudi amissione, nunc recto conuenientique ordine sequitur de feudi deuolutione, qua feendum amissum ad certas personas reuertatur: vbi sciendum est, tria esse personarum genera, ad quas feendum ob praecedentes rationes amissum deuoluitur, aut enim feendum redit ad filios vasalli tanquam proximiotes haeredes, aut ad agnatos vasalli, aut ad dominum directum. Ad filios vasalli, si sine culpa, ut puta ob vitium corporis extinctum sit feendum, tum indistincte liberis & descendientibus, modo extent, cedit: deficientibus vero iis, ad dominum redit. Feud. 1. tit. 6. §. mutus. *vbi Dd. feud. 2. tit. 36. feud. 2. tit. 24.*

2. Quod si ob culpam, nihil interest, vtrum committendo vel omitendo, sed vtrum in dominum vel alium admissa sit, refert. Si in dominum, ad eundem reuertitur, siue nouum siue antiquum, idem est: si vasallus sine consentia domini feendum sciens alienauerit, vel intra annum & diem inuestigaram non petierit. Feud. 2. tit. vigesimo quarto. § final. *feud. 2. tit. 35. in fin. princ.*

3. Et denique, si vasallus in alium, ut quia fratrem

INSTIT. FEUD. LIB. III. TIT. II. 55
fratrem suum interficerit , vel aliud grande
crimen (quod parricidij appellatione conti-
neatur) commisit , tum ad agnatum trans-
mititur , dummodo sit feudum paternum .
Feud. 2. tit. 31. feud. 2. tit. 26. §. si vasallus culpm ,
feud. 2. tit. 24. §. fin. & tit. 37.

GENESIS.

SUMMARIA.

- 1 Causa.
- 2 Effectus.

Causæ ob quas feudum per delictum patris a-
missum ad liberos deuoluatur.

De liberis compertiiuris est , ut sibi feudum
ob sequentes causas vindicent : cum sine
sua culpa pater id committit : quod nimirum
accidit , si illud vel refutet , vel monasterium
ingressus relinquit . capit. primo de vasallis , qui
contra constit. Lothar. vbi Franc. Hotom. Dua-
ren. cap. 16. n. 2.

Sunt aliaæ causæ ob quas feudum reuerta-
tur ad filios , si nimirum patri , pro se , liberis
suis & descendantibus fuit acquisitum , filij
tunc ex propria , & non ex patris persona ve-
niunt , delictum . n. patris non debet illis offi-
cere per ea quæ tradit Schneid. p. 9. c. 2. de
feud.

D 4

Porro

Porro delictum patris non nocet in successione feudal, in feudo maxime antiquo, præferrim cum liberi feudum antiquum non habent a patre, sed dicantur illud habere ex pruidentia antiquorum, seu majorum. Schneid. dict. loc. de feud.

Denique quando priuatio facta est, non ob delictum aliquod feudal, ex quo iura feudorum volunt vasallum priuari, sed ob delictum aliquod commune, ut verbi gratia: Si ab imperatore, alicuius vasalli omnia bona publicentur ob crimē cōmune, puta lāsae maiestatis &c. hoc casu feudum pertinebit ad liberos delinquentis, non ad agnatos, aut dominum. c. 1.
§. si vasalli culpa. si de feud. def. §. si vbi deinde que fuit prima cap. Bar. in leum qui de interd. & relig.

*Causa ob quas feudum ad agnatos
reverteretur.*

DE magnatis etiam manifesti iuris est, si vasallus patricidium commiserit, feudum non ad dominum, sed ad agnatos liberis non existentibus redibit, scilicet quia tale crimen respicit personam domini, utpote si fratrem interimat, ut solus feudum habeat. Non tantum ad agnatos proximos, sed ad eos tantum, qui ultra tertium gradum sunt, feudum denoluitur. *capit. primo vers. si vasall. culpm. si de feud. def.*

Deinde si dominus in causa fuérit, ut sibi offendit.

fensa vel Felonia fieret, ut pote cum adulterante vxorem lenius tulerit, aut uxori ad nequitiam fenestram aperuerit, hoc enim casu ad agnatos feudum deuoluitur. Schneid. part. 8.
c.2. defeud.

Postea, si vasallus miles intra annum & mensem. Paganus vero intra annum & diem inuestituram non petierit, per hoc feudum amittit, & ad proximiores agnatos deuoluitur, non attenta tam noui, quam antiqui feudi distinctione propter apertum textum. in c. i. an idem, qui interfecit.

*Causa ob quas feudum ad dominum
deuoluatur.*

Si vasallus vasalli dominum offenderit, & requiritus primus vasallus, vt deducat suū vasallum, qui dominum offendit, vt suo domino satis faciat, hoc facere recusat, priuatur feudo, quod postea ad dominum reuertatur. Schneid. d. loc. de feud.

Imo si feudum per delictum aut culpam amissum sit, distinguendum est, vtrum illud nouum, vel antiquum sit; Feudum nouum amissum, indistincte reuertitur ad dominum exclusis liberis & agnatis. c. i. §. licet vers. si culpa, si de feud. def. c. i. quid iuris, si post alienatio. c. i. de vasall. qui cont. constit. Lothar. §. item si fuerit. quib. mod. feud. amitt. §. collatis de prohib. feud. alien. per Frid. cap. i. vers. cum autem.

Insuper, si vasallus, secreta domini fraudu-

D s lose

lose patesfaciat, feudum amittit, & ad dominum feudum reddit, quia peccatum est contra dominum, imo si vasallus rem feudalem detriorem reddit. Quinetiam si tam in ciuilibus, quam criminalibus testimonium contra dominū dixerit, feudum itidē amittit, & ad dominum deuoluitur, quia principaliter peccatum est, contra personam domini, nec est opus omnes causas repetere, ex quibus feudū amittitur, his saltem exempli gratia recitatis, facile est intelligere, quomodo feudum ad agnatos & dominum transeat. Schneid. d. loc. de feud.

*Causa ob quam feudum ad vasallum
revertetur.*

DEnique proprietas feudi, quam dominium directum appellamus, vasallo ob delictū domini adiudicatur, si videlicet committatur in personam ipsius vasalli, puta si vasallum verberet, occidat, iniuriaret, vxorem, sponsam adulteret, filiae aut sororis pudicitiam commaculet, siue etiam in personam alterius, vt, si particidium committat, fratrem, aut filium fratri, vt solus succedat interimat, si criminaliter damnatus sit, de qua causa vasallus feudum imposterum iure allodiali posse deat. 2. feud. tit. 20. Sonsb. p. 13. n. 70.

Effectus.

Effectus naturales morte vasalli feudo extincto à Martio ad Septembrem, ad hædem

dem vasalli : à Septembri vero ad Martium ad dominum feudi pertinent. Fructus autem ci- uiles quales sunt pensiones si cesserint, tem- pore mortis vasalli, pertinent ad ipsius hære- des, si non cesserint ad eum, cui feudum defer- tur. Rosenth. c. 10. conclus. 117.

Sin autem vasallus ob delictum aliquod feudo priuatur, nulla habetur temporis ratio in fructibus, sed omnes feudi fructus eo tem- pore nondum percepti, à die delicti commissi ad agnatos, vel ad dominum pertinebūt: reci- pit enim hoc casu dominus vel agnatus quod suum est, ideoque merito id recipit cum fru- ctibus. Vult. lib. I. c. 11. de feud.

Quod ad meliorationes attinet, feudo fini- tro absque culpa vasalli meliorationes in feu- dum factæ transfeunt ad hæredes allodiales, adeo ut rem feudalem tamdiu retinere pos- sint, quo ad meliorationes receperint, & tum in electione est agnati, vel domini, ad quem feendum defertur, vtrum meliorationes solue- re velit, an vero pati, vt illæ auferan-

tur. Rosenth. conclus. 121.

c. 10. in fin. & seq.

Titulus

Titulus III.

**DE FEVDI ALIENATI
REVOCATIONE.**

S V M M A R I A.

1. Si subinfeudatus feudum alienauerit, tunc non immediatus & proximus, sed mediatus directus feudum citra consensum alienatum reuocat,
2. Ratio annexitur quare huiusmodi renocatione locum habeat.

ANALYSJS.

HA CTEN Y S de feudi amissi deuelutione, sequitur de feudi alienati retiocatione : Feudum illicite alienatum domino committi, & ab ipso vindicari posse, hoc capite in principio dixi, sed si subinfeudum alienatum fuerit, hoc est, si subinfeudatus feudum suum alienauerit (Wenn ein Aßterlehen man das Aßterlehen verwendet vñ entfrembt) tunc non dominus ipsius vasalli irnmediatus & proximus, sed mediatus , directus, primus maiorque dominus vocatur , feudum citra consensum alienatum reuocat, atque excluso domino immediato, siue proximo, cæterisque inferioribus applicatur, l. acet aliud sit in reliquis vasallorum delictis , sed quandoquidé huius

ius rei eam adferunt rationem: quod solus ille dominus primus directus, consensum alienationis, ob dominium directum, quod penes ipsum residet, præbere debeat: permulti autem negant, quod huius primi domini consensus in alienatione sit necessarius pura, cōdem in consequentiam: & hoc velle, ut domino immediato, & proximo, si citra consensum eius alienatio facta sit, committatur, non autem superiori vel maiori: Quod tamen in vasallo singulare feudum habente, difficultatem patitur & per consequens idē in aūcipite manet, id quod patet ex text. manifest. c. I. §. ari si libellario. c. I. §. denique. quæ fuit prim. caus. benefic. amitt. in c. I. in princ. de vasallo. qui cont. constit. Schenck. n. 7. quib. mod. feud. amit. Sonsb. p. 13. n. 91. & seq. Matth. de Afflict. in §. illud quoque. n. 5. in fin. de prohibit. feud. alien.

GENESIS.

SUMMARY.

1 Distributio.

2 Causa.

3 Forma.

Distributio.

AD feudi alienati reuocationem iure feudali duplex via prodita est: vna quæ fit iure proximitatis, inter vasallum alienantem, & eum in quem feudum alienatum est, celebra-
te: Et altera quæ fit iure successionis quæ utra-
que

que via inuritur. in cap. 1. §. Tunc si de feud. de-
funct. content.

Causa.

VTrunque ius non competit nisi in inue-
stitura vocatis, & quidē filiis, vt feudum
ex pacto & prouidentia paternum reuocent,
non item nouum cōsenſu domini alienatum:
nec hæreditarium, siue nouum sit, siue anti-
quum, agnatis vero ius reuocandi feudi, tam
hæreditarii, quam eius, quod est ex pacto &
prouidentia competit; non tamen promiscue
omnibus, quorum interest; sed proximis tan-
tum. Rosenth. cap. 9. q. 87. n. 6. de feud. 39. c. I. §.
porr. qualit. olim. pot. feud. alien. 2. feud. 9. c. §. I. de
success. feud. Vult. 1. feud. n. 89. & 94. vers. Agna-
tus igitur.

Sed & ita demum ius habent reuocandi
feudum alienatum, si agnato alienanti nō sint
hæredes in allodio, si alienationi nō consense-
rint, & denique si intra tempus legitimum ius
suum allegauerint, quod in iure redimēdi an-
nuo, in iure vero reuocandi annorum 30. spa-
cio definitur. Zaf. par. 9. num. 28. Rosenth. c. 9.
conclus. 69. Schneid. p. 7. n. 85. & seq. Vult. c. II.
n. 102. Schrad. p. 8. o. 7. n. 42. Cuiac. 2. tit. 4. & 14.
Bocholt. c. 8. n. 149.

Forma.

Ivre proximitatis vasallo alienante conceſ-
sum est agnato proximiori vti vasallo etiam
vivo, sed non aliter, nisi illo casualienanti fo-
luto

luto precio, quod soluitur quod ipsum etiam
vasallo defuncto ipsi est liberum. Iure autem
successionis (quæ vi inuestitutæ competit &
dependet à facultate succedendi, atque ex hac
prudentia antecessorum quæsita) feudum
alienatum nunquam viuo, sed defuncto de-
mum alienante reuocari potest, etiam precio
non refuso. Arque hoc modo omnis alienatio
redditur nulla atque inualida, cum hoc casu
feudum reuocans ius suum in inuestitura fun-
datum ex persona potius emptoris, si ipsi feu-
dum sit traditum, imo etiam ex sua ipsius ob-
proximitatem c. i. §. sed eiū res per quos fit inue-
stitura. & in c. i. §. porro. qualiter olim feud. alien.
potest, c. i. §. si vero, qualiter olim feud. alien. potest.

Liber IV.

DE ACTIONI- BVS FEVDI NOMINE COMPETENTIBVS.

Ttiulus I.

DE DIRECTA ET UT- LI ACTIONE.

S V M M A R I A.

1. Conseruantur feuda actionibus, quarum que-
dam sunt personales, quedam reales.

2. De possessorio remedio, quo dominus in turba-
tione & spoliatione utitur.

3. De

De feudo tantum promisso, nec dum constituto,
 & constituto quidem sed nondum tradito.

ANALYSIS.

Cum ius nostrum non modo in consti-
 tuendo, acquirendo, & amittendo, sed
 etiam conseruando consistat. Quare
 nunc ordine sequitur, ut paulisper quomodo
 feuda constituta & acquista conseruentur,
 subiiciamus.

Conseruantur autem feuda actionibus, vbi
 pro feudo promisso consequendo, & pro ac-
 quisito redimendo, & pro amisso recuperan-
 do actiones competunt.

Feudi autem nomine, tam domino, quam
 vasallo duæ competere possunt actiones, in
 personam & rem. Domino primo in perso-
 nam vasalli, quarum illæ quidem aduersus va-
 sallum deseruiut, cuiusmodi tres potissimum
 à Doctoribus traduntur; Quarum prima est,
 condic̄tio ob causam dati causa non secura;
 Secunda condic̄tio ex moribus; Tertia actio
 ex stipulatu, modo stipulatio intercesserit.
 Vult.c.1.n.17.Rosenth.c.12.conclus.8.

2. Simili modo quoad possessoria sive interdi-
 eta, ea domino nō denegantur, si quando ipse
 turbetur aut spoliatur ciali sua possessione, à
 quo cunque etiam id fiat, etiamsi vasallus ipse,
 quod tum potissimum accidit, quando vasal-
 lus nimirum seruitia debita prestationes ei an-
 nuas forte exsoluere recusat, Menoch. *recup.*
possess. remed. I, n. 87. Duaren. *de feud.* c. 10. nume-
 ro sexto.

ro sexto. Borcholt. cap. 9. num. 25. 26. 27. & seq.
de feudis.

Vassallo etiam non minus atque domino tam personales quam reales actiones competere possunt, quatenus illæ aduersus dominum deseruiunt, tum de feudo duntaxat promiso, necdum constituto, & constituto quidem, nondum tamen tradito, tum vero etiam de feudo aliquo tradito: Quod si feudū nondum sit constitutum, sed tantum promissum, secundum contractum, per quem promissio facta, actio dabitur, puta ex stipulatu. Nullo autem eiusmodi interueniente condicione ex moribus, quam volant agendum est, id quod illo quoq; obtinet casu, vbi præter præmissionem abusu quoque accrescit inuestitura. Borcholt. tract. de feud. c. 9. Vult. lib. 2. c. 1. n. 9. de feud. Andr. de Ifern. in pralud. feud. quest. 6. lasoni in pralud. feud. n. 35. & 36.

Deinde vero etiā tradita feudi possessione, personalibus actionibus locus est, sed non his tantum; nam & realis hoc casu actio accidit, quæ quasi rei vindicatio dicitur contra quemcunque possessorum, ipsum quoq; dominum, competens, nedum de feudo ipso, sed etiam de seruitute feudo debita, per text. in cap. 1. §. rei autem, vbi Ifern. Aluar. Cuiac. & communiter Dd. de inuestitu. Borcholt. cap. 9. num. 1. Vult. cap. 1. num. 31. Schneid. part. 4. cap. 2. num. 60.

GENESIS.

SUMMARIUM

- 1 *Definitio.*
- 2 *Distributio.*
- 3 *Causa.*
- 4 *Materia.*
- 5 *Forma.*
- 6 *Effectus.*

Definitio.

Actio est ius tractandi id, de quo est causa
aduersaria, quae in persecutione, & eiusdem
persecutionis depulsione est posita. Vult.
lib. 2. cap. 4.

Distributio.

Actio alia est directa, alia utilis rei vindicatio,
directa datur nomine feudi dominio, vel aduersus possidentem ut rem feudalem
restituat rem itam petat, vel aduersus vasallum ut seruitia exhibeat, aut feudum ad feloniam
commissam reddat, in eum etiam finem & conditio causa data, causa non secura
domino datur. *z. feud. tit. 2. §. 1. in verbo. Altar. in c. vnic. feud. 2. tit. 24. §. 1.*

Utilis vero rei vindicatio datur aduersus
dominum, vel ut feudum renouetur, si sit antiquum,

tiquum, vel si nouum, ut in possessionem eius
mittatur, item aduersus possessorum quem-
cunque datur, ut seruitute prædio feudali de-
bitam præstet. feud. 2. tit. 26. §. si facta. feud. 2. tit.
8. §. i.

Datur etiam præscriptis verbis actio, ut
feudum si quod concessum fuerit euictum,
aliud eiusdem bonitatis restituatur, dantur &
interdicta tam aduersus extraneum quam ad-
uersus dominum, &c. feud. 2. tit. 8. Menoch. de
recuper. possess. remed. 3. & in 1. remed. recip. possess.
num. 9. Andr. de Isern. feud. secund. tit. 55. vers. ex
his videtur cumseq.

Causa.

CAUSA efficiens actionis alia est Personæ
lis, alia realis, personalis ut obligatio, rea-
lis vero ut dominium. Domino itaque actio-
nes de feudo competunt tam personales,
quam reales, & personales quidem aduersus
vasallum, eaque, ad præstandum id ad quod
præstandum vasallus vel ex peculiari conuen-
tione, vel ex speciali curiae consuetudine, vel
denique ex generali feudorum iure obliga-
tus est. Primo casu domino actio aduer-
sus vasallum competit ex natura conuentio-
nis, puta ut si per stipulationem seruitia
certa sint promissa agatur ex stipulatu, aut
dominus rem feudalem sibi reddi & feudum
dissolui malit, agatur condicione causa da-
ti, causa non secuta. Casu autem secundo,

E 2 & ter.

& tertio agatur cōdictione ex moribūs , qua
vel hoc petatur, vt à vasallo p̄estanda p̄esten-
tur , & tum feūdū inanēat saluum & incolu-
me , aut vt feūdū ad dominium reuertatur,
forte ob feloniam aut culpam aliquam com-
missam . vt text. est expressus . in cap. 1. de feud. si-
ne culpa non amitt.

Vasallo vero actio in Personam domini
competens datur vel de feudo dūntaxat pro-
missō nondum tamen constituto , vel de feu-
do constituto nondum tamen tradito , &c.
Quod si feūdū nondum sit constitutum sed
tantum promissūm , actio illa personalis ex
natura conuentiōnis qua feūdū promissūm
est , formabitur , atque adeo si per stipulatio-
nēm sit promissūm , actio ex stipulatiū dabitur.
Sola enim feudi promissiōne nullum ius in re
constituitur , sed obligatio tantum personalis
acquiritur , ex qua promissor teneatur , vt vel
feūdū quod promisit , constituat , aut si id
nolit , vel non possit interesse illius , cuius pro-
missiō facta est , ei , cui promisit , p̄estet. Vul-
gatum enim est , vt in stipulationibus facti
promissor interesse p̄estando liberetur. Bor-
cholt. cap. 12. num. 12. Rosenthal. cap. 12. con-
clus. 1. Duaren. de feud. cap. 18. num. 2: verſe. ni-
hil etiam.

Maes

Materia.

Si dominus proprietatis tale quid committit, ut proprietate priuari debeat, conditione ex lege petet vasallus se declarari immunitum ab omni officio & obsequio ad quod feudi nomine tenebatur. Borcholt. cap. 1. n. 22. in fin. 2. feud. 34. §. similiter. Borcholt. cap. 8. num. 153.

Ob non petitam etiam à vasallo inuestituram tempore legitimo, alienationem feudi sine domini consensu factam, & generaliter ob quamliber causam amissionis feudi, qua dominus propriæ laeditur, feudum soli domino committitur. Sonsb. part. 13. num. 14. 2. feud. tit. 55. §. præterea si quis in feud. 2. feud. 24. in fin. 1. feud. 21. §. 1. item 2. feud. 38. pr. 44. pr. 55. §. callidis.

Forma.

Omnis actio quæ feudi nomine competit vel coram Imperatore intentatur, vel coram paribus curiæ vel domino, vel iudice aut arbitro. Coram Imperatore, quando contentio est de feudo regali, ut puta de ducatu, marchionatu, vel comitatū, coram paribus curiæ, quando contentio est inter dominum & vasallum de feudo non regali, coram domino; si de feudo non regali inter ipsos vasallos contentio sit, coram iudice vel arbitro, si partes non sint, vel dominus suspectus sit, item

E 3 siva-

70 IOAN. TILENTII IC
Si vasallus afferat esse suum allodium , vel ab
alio dependere . feud. i. tit. 18. 21. 22. §. fin. feud. 2.
53. §. fin. feud. 2. tit. 15. feud. 2. tit. 27. §. fin. feud. 2.
§. fin. tres.

Effectus.

Effectus actionum est sententia conde-
mnatoria , qua vasallus ipso iure , feudo suo
cecidiisse intelligitur , sed tum demum cecidi-
se putatur quando sententia condemnatoria
aduersus ipsum fertur . Simul intelligitur cum
per sententiam dominium ipsi auferatur tam-
diu dominium & multo magis possessionem
rei feudalis ipsi relinquendam esse , quamdiu
sententia illa cōdemnatoria lata non est . Dua-
ren. c. 9. num. 1. Borcholt. c. 9. nu. 14. Mozz. que
act. oriat. num. 10.

Porro si aliqua sententia lata fuerit , tum
attendi debet , quid in illa actum sit , atque quo si
non appareat , natura feudi controverti ex lon-
go usu & obseruantia estimanda est , à sen-
tentia vero lata appellatio ad superiorem pro-
xime conceditur , in qua eadem omnia ser-
uantur , quæ iure communi in appellationi-
bus faciendis constituta sunt . sed & alia re-
media quæcumque contra sententiam iure
communi prodita , vieto dantur . Sententia
autem quæ in rem iudicatam transiit , execu-
tioni mandada est , & quidem à iudice ipso feu-
dali .

dali, si huic rei sufficiat; quod si non sufficiat,
de executione superior ordinarius loci, ybi
reus condemnatus domicilium habet, vel loci
in quo res est de qua controuersia fuit, adeudus.
Vult. lib. 2. cap. 1. de feud. idem lib 2. cap. 3.
Rosenth. conclus. 76. cap. 12.

Titulus II.

DE JUDICIOSIVE FEO-
RO COMPETENTI ET FORMA
processus in controuersiis feudali-
bus seruando.

S U M M A R I A.

1. De personis tam principalibus, quam Accessoriis.

2. De iudice in rebus feudalibus constituto.

A N A L Y S I S.

C Vm optima ratione etiā hoc iure sit re-
ceptum, vt oborta controuersia vnu-
quisque non sibi ipsi ius dicat, sed legi-
timis experiatur actionibus, quae sine iudice &
iudicio plane futuræ sūt inutiles, cognitis itaq;
E 4 actio-

actionibus feudi nomine competentibus, ultimo loco de foro competenti & processu iudicario ibidem seruando sequitur.

Per longæ litigantes principales in iudicio feudali sunt dominus & vasallus, quandoque etiam extraneus, atque adeo licet inter dominum & vasallum, vel inter vasallum & vasallum, vel inter dominum & extraneum, vel denique inter vasallum & extraneum. Accessoriæ hædem quæ in iudicij etiam alijs & præter illas sacramentales. Vult. libro 2. capite 3.

Iudex feudalis est vel dominus feudi controuersi, vel pares curiæ, vel ordinarius, vel arbiter. Dominus, iudex est competens inter vasallos ipsos, quos constet conuosallos esse eiusdem domini tam ecclesiastici, quam secularis. Pares curiæ sunt iudices inter dominum & vasallum in causa feudum concorrente, cuiuscunque etiam qualitatis sint pares, itemq; dominus. Omnes autem pares eiusdem curiæ iudices sunt, nisi domino & vasallo inter quos est lis, videatur aliud. cap.

I. §. penul. de prohib. feud. alienat.

Sonsb. p. 13 num. 1. Wessenb.

cap 17. de feud.

* * *

GENE-

GENESIS.

SUMMARIA.

1 **Definitio.**

2 **Distributio.**

3 **Causa.**

4 **Materia.**

5 **Forma.**

6 **Effectus.**

Definitio.

Iudicium est legitima causa apud iudicem tractatio & diiudicatio. Est n. actus iure feudali sanctius, in quo legitimus iudex diligenter audita utraque litigantium parte, ex explorata cognita causa veritate ius dicit & pronunciat, cuius causa iusta, cuius iniusta sit.

Distributio.

Iudiciorum distributio duplex est, quarum una ordinaria, altera extraordinaria: sed illius in controversiis feudalibus usus nullus est, huius vero quam plurimus. Quoties autem ordinario iudicio agitur, quod sit plerunque; rationes ad ius commune tam ciuile, quam pontificium respiciendum est, praesertim cum certus & peculiaris procedendi modus & ordo.

E S diure

à iure feudali definitus non sit. Quam ob causam is omnino processus in hoc etiā, qui in iudiciis aliis, ex iure communi & vsu fori frequentatur, obseruandus est, nisi qua parte securus aliquid receptum sit consuetudine vel generali vel speciali in consuetudinibus feudorum descripta.

Causa.

Iudicium feudale constituunt personæ, quorum aliae sunt Principales, aliae litigantes. Principales ut dominus & pares curiæ, dominus quando ratione feudi, inter duos vasallos controuersia est suborta; eodem modo si controuersia inter dominum & vasallum ratione feudi incidat, pares curiæ iudices esse censentur, litigantes sunt actor & reus. litigantes accessorijs sunt interuenientes pro suo interesse, vt pote quos ipsos causa etiam concernat, siue ipsi per se ius suum deducant, siue alterutri partium litigantium principali assistant: sunt vero nonnullæ etiā accessoriæ personæ, quas ipsa causa quidem non concernit, patrocinio tamé suo actori vel reo adsunt, qui sunt aduocati & procuratores. Et harum quidem personarum accessoriarum eadem est in iudicio feudali ratio, quæ est in iudiciis aliis non feudalibus de iure communi. Sed his peculiariter hoc loco accedunt sacramentales. Vult. lib. 2. c. 2.
cum allegatis ibidem.

Materia

Materia.

Si igitur contentio incidat inter dominum & vasallum, aut de feudo proprio vel immo-
 proprio, siue de terra re feudal, siue de parte
 aliqua eius, siue de proprietate, siue de posses-
 sione pares curiae iudices esse censentur. Andr.
 delsing. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Schnei. p. 10.
 sect. 1. n. 97. Sonsbe. p. 14. nu. 6. Vig. de feud. c.
 3. quast. 2. reg. 3.

Cæterum si controversia sit inter vasallos
 ipsos de re feudal, dominus est iudex compe-
 tens: qui si sint duces, Marchiones, vel comites
 Imperio Romano immediate subiecti, solus
 imperator inter ipsos est iudex competens,
 multoq; magis si de feudo aliquo regali, cuius
 modi est ducatus, marchionatus, controversia
 sit, de ea cognitio ad imperatorem defertur,
 per text. in c. 1. apud quia vel quos controvers. feud.
 desi. Rosenth. dec. 12. conc. 12. Clar. in §. feud. q. 20.

Forma.

Quod ad formā huius iudicij attinet, con-
 stat id eodem modo, quo & cætera pera-
 gi: citationem fieri, libellum offerri, litem con-
 testari, inducias dari, probationes adduci, sen-
 tentiam proferri, prolata sententia appellari, &
 deniq; totum iudiciarium ordinem obseruari,
 nam cum nihil in consuetudinibus feudorum
 specialiter hac de re statutum, ad ius commu-
 ne exire recurrentum. *feud. 2. lib. 22. §. fin.*

Effectus.

Effectus.

EFFECTVS iudicij maximus in iure feudalⁱ habetur, in iudicio n. c^apto post litem contestatam quasi contrahitur inter partes litigantes, ut iustitia obligentur, & consequantur id, quod per sententiam adiudicabitur. Secundum iuria vulgata.

FIAT **N**o1 S:



Emendanda.

Pag. 9. lin. 17. conditionem darur. lege daturi.
pag. 15. lin. 11. Sicut enim appropriationem. lege sic-
ut enim ante appropriationem. pag. ead. lin. 20. o-
mniaque habeat. lege omniaque ea. pag. 18. lin. 9.
Alio. lege alieno. pag. 20. lin. 4. Si vero. lege ex quo
si. ead. lin. à domino admonitus. lege; à domino quæ
feudum promisit. lin. 7. verum èam potius. lege. ve-
rum eum ex promissione agentem potius. pag. 21. lin.
1. domini. lege. dominus. pag. 34. lin. 1. ciuili aliorum
lege ciuili alienum. pag. 35. lin. 4. inuestituram con-
suetudinē. lege magis consuetudine. pag. 36. lin. 10.
beneficium lib. lege beneficium dare. pag. 41. lin. 25.
rei nōmen. lege nomine. pag. 45. lin. 19. ad feudum
legitimatum. legantur post hoc verbum. legitimati.
pag. 47. lin. 24. cum his soli iurū. lege; cum hi soli
iure.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
rosdok/ppn766346072/phys_0091](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766346072/phys_0091)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn766346072/phys_0092](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766346072/phys_0092)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rostdok/ppn766346072/phys_0093](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn766346072/phys_0093)

DFG



INSTIT. FEVD. LIB. III. T
fensa vel Felonia fieret, ut pote cu
tem vxorem lenius tulerit, aut vx
tiam fenestram aperuerit, hoc e
agnatos feudum deuoluitur. Sch
c.2. defend.


Postea, si vasallus miles int
ensem. Paganus vero intra ani
inuestituram non petierit, per ho
mittit, & ad proximiores agnatos
non attenta tam noui, quam anti
stinctione propter apertum textu
idem, qui interfecit.

*Causa ob quas feudum ad do
deuoluatur.*

Si vasallus vasalli dominum of
requisitus primus vasallus, vt
vasallum, qui dominum offendit
minò satis faciat, hoc facere recu
feudo, quod postea ad dominum
Schneid. d. loc. de feud.

Imo si feudum per delictum
amissum sit, distinguendum est,
nouum, vel antiquum sit; Feud
amissum, indistincte reuertitur a
exclusis liberis & agnatis. c. i. §. hi
pa. si de feud. def. c. i. quid iuris. si post
de vasall. qui cont. constit. Lothar. §.
quib. mod. feud. amitt. §. collatis d.
alien. per Frid. cap. i. vers. cum au
-or. Insuper, si vasallus, secreta do
-mibus debet.

D 5



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 092